Te faciā: duo tela mea deprome pharetra.
Ja. Incipiā nymphe parnaſſides ora mouere
Et memorare mei dira infortunia capri.
Ac philomelleos Alpho concedite nidos.

¶ Languet: ⁊ ex iſto. Janus Alphi ſententiaꝫ firmat dicendo. Lāguet caper eſt. Et ex iſto lāguore: quē p̄ ſe fert. Facetia ſurgit in mētē venit. Eſt autē facetia duplex: vt ſcribit Cice. in.ij. de ora. Altera cauillatio eſt: altera dicacitas. In facetijs habere dicit oportere rōnē hominū rei ⁊ tēporis ne q̄d ioc⁹ de grauitate decerpat. Que facetia riſum ciet mouet. Riſuꝫ cauſare lieneꝫ tradit pli.in.xi.de riſu. Cice.in.ij.de orat.de quo dicit Catullus riſu inepto res ieptior nulla eſt. Quoties.memini p parēthēſiꝫ hec edita pmulgata. Totus mirabatur orbis. hoc ruſtice ſꝫ tū apte: ſolēt em̄ de nō cauſa cauſam. ⁊ de teſtuca trabē: vt d2 deducere paſtores quare de re q̄ nihil eſt dicit hic to. Hi.or. Alphus poſt blanditur laudat Janumq̧ vt habeat: qȯ ille ſcit: quare dicit iane ſoles. Soles facetias ſale cōditas ita vt nil de grauitate detrahant. Lepidiſſime aduerbium eſt. Et id eſt expoſitiue. Ore ſuauiloquo dicit Valla ſe dubitare poſſit ne dici ſuauiloques quem vide in primo elegantiarum. Dic ergo q2 talis es. Cur qua de cauſa. Langueat eger ſit. Hircus. Caper res non ficta hoc fortaſſe dicit vt plus Alphum ad audienduꝫ moueat: ⁊ aliquid pro premio extorqueat. Sed facta recenter res geſta eſt ⁊ ideo nil mēdacij contigens. Deus teſtis deierat; rem hāc verā eſſe At dulce id facinus Suſpēdit animū ficta grauitate rogantis. Facinus. Factum dulce tam delectabile. Nō eſt enarrabile gratis enarrari nō debet ⁊ pmulgari ſine mercede. Quare quid precij premij ⁊ mercedis. Licet ſperare ex te. Quia vt dicit beatus Hiero.ad demetriadem. Omne opus leue fieri ſolet cū eius pretiū cogitatur ⁊ ſpes premij ſolatium eſt laboris. Que dona reporto a te pro narratione iane vbi congeſſi. Auidus audire rem hāc quā tantopere ille extulit.alphus etiam rem inceꝛtam polliceri non dubitat. Quia vt cenſet Oui. Pollicitis diues quilibet eſſe pōt. Vbi cōgeſſit nidos vbi nidulata eſt dixitq̧ vbi p quo ruſtice philomena lucinia de q̄ ſupra.

Nota.

Pretium ſcribi pe t debet.

E

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui leuiter ſpondet Canilli Maſonis forſan hic memor dicit. Qui leuiter, Et q̃ dicit ille docebo. cũ etiã ſi docuerit illos alphꝰ re ſcita ꝑcipere potuiſſet. Leuiter ſpõdet promittit vt tu nũc facis. Excludit defraudat ⁊ decipit inani: quia fortaſſe quod quis nõ eſt. Qui non credit inops fidei arguit ianum alphus dicitq̧ q̃ non credit ſe etiam parũ habere fidei: quia infidus ⁊ alios infidos putat. Ariſtoteles dicit. xxx. probleumatũ ſectiõe homini potius q̃ cuiq̧ ex ceteris animantibus credendum eſſe: quia homo ſolus oim̃ animantium nouit enumerare: aut quia ſolus deos veneratur ⁊ colit: aut quia omnium maxime vim obtinet imitãdi: hinc enim diſcere tam multa ⁊ varia poteſt. pignore quod animos contrahentium tenere poteſt. Tutum quia times ne te promiſſo eludã. Depromo. tua manu cape. Duo tela: duas ſagittas. Mea pharetra meo corito. Incipiam quia pignus habeo incipiã enarrare. Nymphe parnaſides Muſe que parnaſum montem colitis. Ora mouete vt facile rem tantã narrem. Inuocat autem veluti nigra ſonaturus eſſe Janus: quia dixit ſupra. Totus mirabitur orbis. Et memorare. quod Verg. Muſa mihi cauſas memora. Dira veluti deorũ ita immiſſa. Infortunia mala ⁊ ſeuũ caſum Mei capri: qui meus paſſus eſt caper ac philomelos philomenone nidos. Concedite quos mihi ꝑ narratione vt ꝓmiſit dct.

Conductus mercede puer prefectus ouili
Aſſidue paſcebat oues: caprũ: atq̧ capellas
Seruitium nobis pueri fuit vtile: donec
Virgine cõſpecta: q̃ tum huc vẽiebat aquatũ:
Tabuit ex illo vecors iam tempore factus
Frigidus curare gregem: contemnere caulas
Cepit: ⁊ exhauſto ſubuertere cuncta cerebro
Cum ſopitus erat: poterat vigil eſſe videri:
Nugabatur enim quando vigilabat inerti
Corporis officio: ſoluebat ſomnia mente:
Hũc ergo in ſaltu ludens per cornua caprum
Viminibus validis inter dumeta ligarat:
Quarta dies hoſtẽ tẽtans an vincula poſſit
Vincere ceruice: ac predure robore frontis:
Queſtrũ interea nidos nemus omne perrat:
Corda ſubit virgo: dilecta recogitat ora.
Ora. ſinus ⁊ que fari pudor/omnia voluit.
Lux fugit interea: capri redit immemor: alta
Nocte recordatꝰ ſurgit: pauidusq̧ ꝑ vmbras
Dũ graditur ruit in foueã: que frõde ſaligna
Captandis obducta feris: ⁊ ſtramine ſicco
Inſtar erat putei fundo irremeabilis alto.

Narratio. Conductus mercede puer. Incipit narrare Janus. Puer mercede cõductus ſeruus eſt mercenarius q̃ operas ſuas locat. Prefectus ouili ouiũ ꝑfecturã gerens: paſtor. Aſſidue ſine interpellatione ⁊ q̃ ſolus erat: ⁊ quẽ nullus iuuabat. Caprũ hircũ Seruitiũ nobis pueri fuit vtile: vtiliter mercenarius nobis ſeruiuit. Pueri mercenarij paſtoris. Donec habuit amore pire cepit: virgine cõſpecta puella quã vt aſpexit amauit. Aquatũ oues caprũ atq̧ capellas pot um ducebat mercenarius factus amore. Vecors inſanus ac ſine corde ⁊ amens. Ex illo tempore q̃ amare cepit. Cepit curare gregẽ gregi impendere labor Frigidꝰ negligentius q̃ cepat. Caulas ouilia. Et ſubuertere euertere ⁊ dilabi ſinere. Cerebro exhauſto effecto cur?. Cũ ſopitꝰ erat cũ dormiebat. Poterat videri eẽ vigil id eſt vigilare. Quia vt dicit Maro. herẽt infixi pectore vultus. Verbaq̧ nec placidã mẽbris dat cura q̃etẽ, Eſt eñ ſomnij ſpẽs

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt ſcribit Macrobius in.j.de ſomno ſcipionis: quam enypnion vocat ille quoties circa oppreſſi animi vel corporis vel fortune qualis vigilantem fatigauerit: talem ſe ingerit dormienti. Ut amator ſi delitijs ſuis aut fruentem ſe videat: aut carentem qua ſpecie affectus mercenarius vigilare videbatur. Nugabatur enim dormiendo inaniter ſecum loquebatur. Quando vigilabat inerit corporis officio interſit corpus exercendo. Soluebat ſomnia mente: repellebat: et aliquid faciebat vt amorem obliuiſceretur quod fieri precipit Naſo. Et Cicero Sic affecto inquit in.iiij.tuſcu. Hec adhibenda curatio eſt vt et illud quod cupiat oſtendatur quam leue eſt quam contemnendum quod nihil fuit ſit. Omnino quam facile vel aliunde vel alio modo perfici vel omnino negligi poſſit. Abducendus eſt etiam nonnunquam ad alia ſtudia ſollicitudines et curas. Negocia loci denteqꝫ mutatione tanquam egroti non conualeſcentis ſepe curandus. Etiam nouo quodam amore veterem amorem tanquam clauo clauum eijciendum putant. Maxime autem admonendus quantus ſit furor amoris. Potes et hunc locum aliter interpretari dicendo quod cum vigilabat ſoluebat ſomnia mente ſubaudito In: vt ſit ſenſus. Paſtorem vigilantem nonnunquam ſomniare. Sepe enim vigilantibus vt ait Bap. in dialogo contra detractores ſomniamus dum quidem imaginantur dura ⁊ aſpera que curis importuniſſimis inuoluunt nos: ergo vt ſomnia mente ſolueret. In ſaltu ludens paſtor ſaltu campis et paſcuis ligarat vinxerat. Inter dumeta inter vepres hunc caprum de quo eſt ſermo viminibus validis ⁊ intortis vt ſolent functum penuria facere agreſtes per cornua non per collum ne obluctando ſuffocaret. Quarta dies hodie eſt quo factum iſtud eſt. Tentans volēs mercenarius experiri: ſicqꝫ exprimit quare etiam illum ligarat. An caper poſſit vincere abrumpere. Ceruice ac robore id eſt ceruice robuſta ⁊ forti. Queſitum interea vt ſit oblitus caprum docet. Interea cū caper ſic ligatus maneret. Pererrat per nemus errat ⁊ diſcurrit ⁊ errando per ſyluam id. queſitum nidos: vt etiam loqueret ſomnia mente. Sed quia ſolus ibat. Corda ſubit virgo meminit virginis amate et in mentem venit. Dilecta recogitat ora: neqꝫ enim aliud vt refert Euſebius ex diuo Hiero. ſuperfluus amor cogitare poteſt quā quod diligit. Sinus Ubera ⁊ que ſinum dicuntur facere. Et que fari pudor. Ouidius de apolline in daphnen dixit. Si qua latent meliora putat que ſunt membra que ſub ventre ſunt voluit cogitat que cogitatio ignem ſopitum exuſcitat. Lux fugit ſit nox aduenit. Interea dum pererrat nemus paſtor ⁊ hec vana cogitat. Immemor capri inter dumeta ligati. Redit domū merce. Recordatus ſe caprum ligatum reliquiſſe. Alia nocte intempeſta et cuius tam multa pars proceſſerat. Surgit ex ſtratis. auidus propter terrores nocturnos et quos vocant pauiſcos. Dum per vmbras noctis graditur: vt ad caprum veniat et domum reducat. Ruit mercenarius decidit. Que inſtar putei erat que profunda erat vt puteus. Irremeabilis de qua remeare cuiqꝫ ſine ope non dabatur. Alio imo et profundo. Obducta cooperta Fronde ſaligna frondibus: et ramis ſalicum. Et ſtramine ſicco paleis ⁊ folijs aridis. Feris captandis. Ad feras in eas capiendas. De foueis autem huiuſmodi faciendis zenophon in libro quem de venatione ſcriptum reliquit.

Enypnion ſomnij ſpecies.

Eſt caper in vinclis: puer eſt in carcere: paſtor
Nullus oues curat: iam tertia luxerat hora.
Miror: oues refero: ac nūero: caprūqꝫ redrēs

¶ Eſt caper ⁊c. Breuis ſꝫ apta dictoꝝ anacephaleoſis vt ad cetera trāſeat. In viclis iter dumos vt ſupra dixit. puer mercenari⁹. In



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Obſtupeo: puerum clamo: magnalia luſtro.
Uera loquar: magicis ne forte liquorib⁹ vnct⁹
Extimui aſcenſo * migraſſet in aera capro.
Nā𝔮 ſtryges tali fama ē ope/nocte vagātes
Ad quedā longinqua procul conuiuia ferri
Attonitus tandem pecudes ad paſcua duco:
Dū𝔮 pax meditās ſubeo nem⁹ ecce p vmbras
Ecce ꝓcul aper i dumis ſtrepit: at𝔮 reluctās
Cornibus aduerſis ꝯtra ſua vincula pugnat.
Terruit incautum ſubito feralis imago:
Et nil tale ratum: firmato pectore tandem
Moſco aīal: cupiēſ𝔮 * rubos ſeco vicula rūca

* Migro ſignificat ad habitādum eo. li.i. Et romā ide fre quēter migratuz eſt a parentibus maxime et propinquis raptaſum. Antiqua ſupſtitio.

carcere in fouea. Oues in ſtablis relictas. Iā tertia luxerat hora poſteriori di ei ꝛ primiori ſeq̄ntis. Tertia a ſole exorto ſiḡt autē nonā aut circiter. Miror q̄d eſt qꝺ oues tā lōgo tpe in ſtablis ꝯtineāt. Hic locus vnus eſt ex his q̄ reprehēdunt detractores dicentes. B. ſibo male vſum q: non oues: ſed oſtia dicū tur reſerari: ſed nō aduertunt poetas vocabula nō nunq̄ improprie vt in illo. Uer. incluſos vtero danaos ꝛ pinea furtim laxa clauſtra Sinō nō Refero: ſunt q̄ legāt reſero ſunt qui reſero ouibus aperio ſtabula aure fero recenſeo: vt Uer. Cogere donec oues ſtabulis nūerum𝔮 referre. Ac nūero ꝛ inter numerandum capio deeſt dignoui quare. Caprū ꝙ requirēs. Obſtupeo vbi ſit. Miror ꝛ attonitus ſum. Puerū clamo: voco merce. Magalia tuguria luſtro circūeo. Uera loquar o Alphe. Extimui ne paſtor vnctus liquoribus magicis. vt ſcribit Apuleius de pāphile milonis teſſalici vxore que liquoribus quibuſdā vncta in auem ſe cōuertit. Uide Apuleiū in tertio. liquoribus vnguentis. Magicis quib⁹ magice vtūtur. Migraſſet in aera volaſſet: ꝛ aeria via diſceſſiſſet. Aſcenſo de aſcēdo eſt: nō accēdo: ꝛ in aera quoq3 leuato capro. ſup quē equitaret. Nāq3 ſtriges. Magicas et ſortilegas mulieres. De quibus ſcribit. xxv. q. v. in decretis canonicis. Canone. Epi qui refert. Illud etiā non omittendum eſt: quod quedā ſcelerate mulieres retro poſt ſathanā cōuerſe: demonū illuſionibus ꝛ phātaſmatibus ſeducte credūt ſe et ꝓfitentur cū diana nocturnis horis dea paganoꝝ vel cū herodiade vel cū innūcra multitudine mulierū eq̄tare ſuper quaſdaz beſtias: ꝛ multarū terrarū ſpacia in tēpeſtate noctis ſilētio ptranſire: eiuſq3 iuſſionibus obedire velut decet: ꝛ certis noctibus ad eius ſeruitiū euocari Et paulopoſt quō id fiat docet. Si q̄dē ipe ſathanas q̄ trāſfigurat ſe in angelū lucis cū mētem cuiuſq3 mulieris ceperit ꝛ hanc p infidelitatē ſibi ſubiugauerit ilico trāſformat ſe in diuerſarū ſpēs perſonarū ſimilitudines: ꝛ mentē: quā captiuā tenet: in ſomnijs deludens mō leta: modo triſtia. modo cognitas: ꝛ modo incognitas perſonas oſtēdēs: ꝛ queq3 deuia deducit ꝛ cū ſolus ſpūs hoc patitur infidelis: hoc nō in aio: ſ3 in corpe euenire opinaꝛ ꝛc. Striges āūt vocat Janus tales feminas qꝺ vt aues ille vbera infantiū labris immulgere dicūtur aut ex illorum corpuſculis vitalē ſanguinē abſorbere a cuius auis nocumēto ſtriges appellare licet femineas pueros faſcinātes ſuo cōtractu ꝛ lactis numerū 𝔮 oblationem. Tali ope puta liquoribus ꝛ ſuis beſtias quaſdā ſuperequitādo. Fama eſt: immo quidā ita fieri credunt. Nec pro noctu. Ferri vehi ꝓcul ad quedā lōginqua cōuiuia. Uaſcones noſtri credūt: immo ita fertur vulgo: ſed nec fidē adhibēt: ad locū quē lingua vernacula lane de bouc: ferūt venire: ꝛ ibi feſta quedā celebrare. Eſt āūt locus ille apud conuenas. Sed fabule nec ſit ſane mētis quiſ𝔮 q̄ hoc credat eſt Attonitus obſtupeſcēs. Dūq3 parum meditās. Sunt qui legūt pedū: ſed verior lectio credo parū h3: eritq3 ſenſus. Cū nō cogitas caprū illic eſſe: ſubeo ingredior nemus. Ecce de repente

Rūca que vulgo appellaꝛ pededora.

* Rubus ſentis genus mora agreſtis: ſic enim a ruſticis in Italia appellatur. Hora. lib. car. Seuvides rubi. Serenus. Māditur apta rub⁹ gingiuis ꝛ bōa labris

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hocē p̄ter ſpem vmbras nemoris. In dumis ſtrepit: reluctādo dat ſtrepitum. Reluctans: adnitēs. Aduerſus oppoſitis. Pugnat poſſit ne illa frāgere ac vincere. Terruit timorē incuſſit. Incautū hoc eſt qđ dixit parū meditans. Subito adeſſe refertur. Feralis imago. Terribilis capri figura quam manifeſtius .i. exprimet dicēdo. O aries aries qui tortis cornibus atrum demona preſentas. Et nil tale ratū parum ad ea meditantē. Firmato pectore excuſſo timore. Tandē poſt longā heſitationem. Animal meū caprum. Subienſq; rubos: vepres tranſiliens. Seco amputo. Vincula quibus tenebatur. Runca iuncina: ⁊ inſtrumento quo ruſtici dumos excidere ſolent.

¶ Sero domū rediēs video / per paſcua lōge
Turbam exultantem riſu iuueniliter alto:
Vt prope cōſtitim⁹ (meq; agnouere) ſalutant:
Et tuus ecce (aiunt) puer hic o iane / luporum
Erutus e foueis: dū nocte perābulat agros
Incidit in caſſes: ⁊ ſic inuentus vterq; /
Et caper / ⁊ paſtor: caper hec incōmoda paſſ⁹
Languet adhuc: puer īprudēs ē ſanior hirco.
Virgo ſuperbiuit mox vt ſe audiuit amari.
Et pueri ſimulans curam ignorare: pudorem
Fingit vt ad formā faciat: pudor: ora ſinūq;
Ornat. ⁊ in terram verſis incedit ocellis:
Callida vulpina rem ſimplicitate gubernat
Hec ſtudia: hi caſſes: hec ſūt mulierib⁹ arma:
Ille ſua ſperans Galathea aliquādo potiri.
Contempta mercede ſuos ſectatur amores.
Propterea plauſtro: ſtiua: bobuſq; relictis
Ad paſtoris opus redeo: ſubiecta furori
Iſta iuuentutis leuitas rura omnia vexat.

¶ Sero domū rediēs poſt paſtū. Et vt oues ſaturauerit. Video lōge turbam paſtorū vel lōgo exultantem. Iuueniliter p̄ut ſolēt iuuenes Alto m̄lto: vt p̄pe ridētes. Meq; agnouere paſtores q̃ ridebant. Salutāt: aſſurgūt ⁊ ſalue dixerūt. Et aiūt paſtores puer hic: vel ad pſonā vel ad locum demonſtratiue Erutus: extractus. E foueis luporum que ad lupos captādos ſunt. Dum pambulabat: ambulat p agros. Incidit in caſſes. Ouid. Decidit in caſſes p̄da petita meos: ⁊ ſic tāq; cōcluſurus hoc dicit: etiā ſi alia ſubiungat quo ad facile nectēda que ſequūtur dicunt Caper hec incommoda ad caprum redit: ⁊ ad illud languet qđ in principio poſuit. Hec incōmoda nil edendo ac contra vincula reluctando. Puer imprudens non ad futurum reſpiciens. In ſacior languidior non exponas demētior: quia non hec coherent. Virgo ſuperbiuit. Si pulchra erat: non mirum. Quia Faſtus ineſt ſepulchris: ſequiturq; ſuperbia formam. Sed cauſam exponit Ianus: vt poſtquam ſe audiuit amari a meo mercenario. Et pueri ſimulans curam ignorare: quod Fauſtus de matre galle dixit. Simulans neſcire ſe amari. Pudorem fingit: ſimulat. Vt et ratio eſt: vt pudore formam augeat. Ora quia fortaſſe illa fucat. Sinumq; qui ſtrophio ſolet cooperiri. Et incedit quod eſt grauiorum perſonarum. Ocellis verſis in terram: quod mulieres decet. Verg. Tum breuiter dido vultum demiſſa profatur. Sed Alexan. aphro. ait. Quos puduit oculos ideo deorſum vertere: quoniam oculos ſpeculum plane animi natura extruſerat quippe cum ceteras quoq; affectiones animi per oculos intelligamus: videlicet cum augetur: cum iraſcitur: cum verecundatur. Quod cum animus perſonam quampiam reuerendam reſpicere libere atq; alloqui audentius temperet.

* Stiua aratri manica que tenet manibus cuꝫ arat. Verg. Stiuaq; que currus a tergo torqat imos.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Palpebras trahi deorſum anuſculis: cogent quaſi oculens ꝑ artē qua facultas cōſpiciendi adminiſtrari ſolita eſt. Callida aſtuta ⁊ verſuta mulier cū ſe ſentit amari. Simplicitate: ꝙ pre ſe ferre videt̄ vt innocētes dicas vulpina qua vulpes vtuntur: vel vulpina verſuta ⁊ callida. Hec ſtudia ornādi ora: ſinūꝗ hi caſſes rhetia. Arma quibꝰ iuuenes de mēte deijciunt: de mulierum armis poſt dicetur. Ille mercenarius Galathee amice: mercenarij nomē eſt. Contēpta ſpreta ⁊ relicta ſuos ſectatur amores vt aliquādo amica fruatur. Propterea quia ille me reliquit. Subiecta furori. Concludit ſuā narrationem Janus pulcherrima ſententia. Iſta iuuentutis leuitas iuuentus tam inconſtans ⁊ vana et que nihil prudentie habet. Subiecta furori: amori: de hac re ſupra ſatis multa diximus ex diuo Hieronymo. Hinc repete furori amori. Rura omnia verat: quia eam leni impliciti: nihil quod debeant curant: preter id quod amant.

Al. Qd̄ neqt īgeniū caſꝰ facit: o ſtupor: o ſors
Ingenioſa rei: riſu celebranda bimeſtri:
Jane fides ſeruāda: tibi philomella laborat
Sȝ quod tā vafro * memoras de virgīs aſtu
Retulit in mentem: que pſallere ſepe ſolebat
Carmina femineis olim de fraudibꝰ vmber.
Ja. Dic vmbri: dic ſi q̄d hēs: meditare parū p.
Et vba ⁊ nūeros: vmbri eſt mēorabile carmē
Al. Eſt / vt ais: ſȝ nō gratis mēorabile carmē.
Quas referes grates: ⁊ q̄d mercedis hēbo?
Ja. Accipe: ꝑmiſſis abſoluo: ⁊ ſpicla reddo.
al. Dū vado adv̄etrē poſt hec carecta leuādū
Jane meū tu coge pecus: ne vitibus obſit.
Ja. O aries aries q̄ torti s cornibus atrum
Demona preſentans. ſemp vineta ſubintras
Non ſapies: donec foſſa tibi lumina fronte
Eruero: non ſunt porrecta in iugera centum
Paſcua ſat? niſi pāpineos populer ſ ⁊ agros?

* Vafer ꝓ calido et aſtuto accipit̄ quaſi valde afer mira / enīȝ ſemp fuit eiꝰ gentis calliditas Cicero. nō ſunt in diſputatiōe vafri: non veteratores: nō malitioſi.

¶ Qd̄ nequit ingeniū caſus facit. Interloqtur alphus: vt fortaſſe ꝓponat: ſed mirā fatet̄ facetiā Jani quā a caſu cōmēdat dicēdo ſepe rem quam dedita opera ⁊ vi mētis igenita facere non poſſis poſſe caſu fieri ⁊ cōtingere vt de caſu mercenarij in foueā. O ſtupor: o res ſtupenda. O ſors fortuna rei ⁊ hiſtorie huius celebrāda. Riſu bimeſtri que duobꝰ mēſibus cōtinuis cū riſu celebrare deberet. Jane fides ſeruāda: q̄a ēt tu mihi hiſtoriā fidelr narraſti. Tibi philomela laborat q̄s tibi dēnidos fouet. Sed qd̄ ꝓpōi tergo Alph. ⁊ Janū ſuo ipſius gladio iugulat petit eīn ꝓ narratione aliq̄d ſibi dari. Sȝ id qd̄ memoras ſupra, de aſtu. aſtutia virginis amate: q̄ pudorē finxit Vafro callido. Retulit in mētem reduxit mihi. Carmina de fraudibus femineis: de vitijs muliebribus cōdita. Que ſolebat olim vmber paſtoris nomē eſt: ſed tum poete pſallere ſepe canere. Hinc eſt pſalmus carmē. Dico Aphe ſi quid vmbri habes. Hinc Menal. Incipe Mopſe ṗor ſi quos aut Phillidis ignes ⁊c. ⁊ in Meri Incipe ſi q̄d habes. meditare parumper. Tecum voluta et in mentem refer. Numeros rithinos quia carmen. ⁊c. Eſt vt ais rem Jani ⁊ ſententiam firmat Alph: ſed illum torquet quod memorare gratis non debere dicit. Quas referes grates cum narrauero. Quid mercedis quid premij. Accipe auidus Janus audiendi carmina Umbri dicit. Promiſſis a mercede promiſſa. Et ſpicula que pro pignore dederas. Dum vado ad ventrem. Ruſtice hec: ſed tenens verbis honeſtis. Leuandū purgādū ⁊ ſordes vētris egerēdas. Poſt carecta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hoc eñ natura dedit vt mēbris q̃ deformē ⁊ viſum turpiorē habitura eſſent ſecreto darē opa. Sʒ de hoc plura Cicero in officijs. Coge in vnū cōpelle ⁊ cōgrega. Ne vitibꝰ obſit: qꝛ addurit morbꝰ. Sed ſcribit etiā Pli. ouibꝰ ſolitarijs abortū tonitruū fragore inferri: qð ne cōtingat cogi debēt. Egeſtum ergo deceſſit Alphus remanet ſolus Janus qui pecus cogēdo inquit. O aries aries ex paſtorū more hoc. Qui preſentas demona cornibꝰ tortis: qui pretes ſpiritus mali figurā fers magnitudine cornuum. Ex cōmuni opinione hominū hoc ⁊ pictorū venia q̃ quidlibet audiēdi poteſtatē vt inquit Hora. in arte habēt cū reuera tā tetra forma ⁊ cornuta nō ſint vt pingūtur. De cornibus Pli. abūde in xj. ca. xxxvij. Conuoluta inquit in anfractū arietum generi ſeu ceſtus natura dedit. Vineta vineas. Non ſapies non illa ingredi deſines. Donec eruero excluſero. Lumina oculos. Fronte foſſa perforata. Oculis erectis. Paſcua porrecta protenſa in centum iugera. Eſt iugerum menſura ducentorum quadraginta pedum in longitudinem ⁊ mediū in latitudinem niſi vetiam populeris deuaſtes ⁊ corrodas. Agros pampineos vineas.

Al. Jane recordatꝰ redeo: ſʒ plurima forſan.
Nōdum nota tibi referā: cognouerat vmber
Omnia que fas eſt homini perdiſcere: celos
Sydera: tellurē: vētos / mare / flumia / fōtes.
Viderat ⁊ rhodopē: atq̃ alta ceraunia: ⁊ oſſā
Gallica regna: arrarī: rhodanū: tyberiq̃: pa
Artica romāis referebat carmia vrbis. (dūq̃
Ore in vtroq̃ potens: ⁊ lingua primꝰ vtraq̃
Hunc vnū nobis inuidit Grecia: ⁊ ipſi
Archades ⁊ thracum ſaltus: ⁊ theſſala tēpe.
Si qd erit qð forte velis tibi notius eſſe:
Candidus illius ſemꝑ documēta ſequutus:
Nō procul hinc: hec ille tenet: nos ille docebit
Sed iā ſeptiforem flatu experiamur auenam
Ante tñ nymphe precor vt libetrides adſint.
Preſertim q̃ plus meminiſſe polymneia fert.

Jane recordatꝰ redeo. Egeſtis ſordibꝰ ventris redit. Alphus narraturus carmina de fraudibus femineis que cōmendat ab autoris doctrina quem nihil nil preteriuiſſe. Sʒ forſan referam plurima tibi nondum nota que nunq̃ nouiſti. Sic attentum Janum ⁊ docilem facit. Cognouerat vmber carminū autorem commēdat. Que fas eſt homini perdiſcere illicita ſcire nocet niſi vt illa reprobemus ⁊ confutemus. Quod docetur in decretꝪ canonicis .xxxvij. diſt. celos. Sydera tellurem ⁊c. horum omniū naturam dicit Umbrum percepiſſe hinc epitaphium illud de Joanne Pico Mirandula quod hic noſter condidit. Picus Joannes celos elementa deūq̃ Doctꝰ aduerſitatibꝰ iuuenis ſanctificatus obit. Viderat ⁊ rhodopē. cūcta pſpexiſſe ſignificat. Rhodope mons thracie eſt a migdonibus habitatus ſacris liberi patris ac menadū cetu orpheo initiātē celebris. Ceraunia montes ſunt epiri qui exinde continuo iugo ripheis iunguntur ab altera parte in euxinū ⁊ meotida atq̃ tanain cadunt altera vero in caſpium: autor Boccatius. Dicuntur autem ceraunia vt ſcribit Seruius a crebris fulminibus propter altitudinē nominata. offam. Oſſa theſſalie mons eſt olim vt quidā exiſtimant idē cū olympo: ſed diſiuncti viam fecere peneo flu. Gallica regna de quorū preſtātia Baptiſta in ſcðo dionyſi aryopagite Gallia tarreni pars eſt nō infima

Doctrinā vmbri declarat.

Inuideo.

* Inuideo poſt accuſatiuū hʒ etiā datiuū. Ver. liber pāpineas inuidit collibꝰ vuas.

Inuocatio eſt.

Rhodope

Ceraunia

Oſſa.

Gallia.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mūdi. Sed lōge lateqꝫ patēs hiſpanica tāgit Obda ab occaſu ſeſe ꝯiūgit ab
ortu italie nr̄o hinc pelago q̄ reſpicit auſtrū. Claudiť oceano geminasq̄ re-
ſpicit vrſas De hac Stra. in. iiij. ⁊ Ceſar in ꝯmētarijs belli Gallici. Triplex
aūt eſt Celtica: Belgica: ⁊ Aq̄tanica. In hac vrbes pulcherrime hinc Parri
ſium theologie ⁊ artiuꝫ nobiliſſimū emporiū: ⁊ Tholoſa Ceſarei potificijqꝫ
Arar iuris nō mediocre ornamētū a qua vaurū vrbs noſtra ⁊ natalis nō lōge di-
Rhodanꝰ ſtat vix decē miliaribꝰ. Ararim Arar aut araris ex alpibꝰ labiť. Seq̄nos et
eduos ⁊ lincaſios/diſcernēs ⁊ dubiū poſtmodū aſſumēs ijſdē ex mōtibꝰ naui
gabilē delatū victorqꝫ noīe ex ambobuſqꝫ arar: effectꝰ rhodano ꝯmiſceť au-
tore Strabo. Rhodanū hic non lōge inq̄t Meat ab iſtri rheniqꝫ fontibꝰ ſur-
git deīde lemano lacu acceptus tenet impetū ſeqꝫ per medium integer agēs
quātus venit egrediť ⁊ inde ꝯtra occidētē ablatus aliq̄diu gallias dirimit.
Poſt curſu in meridiē abducto acintrat acceſſuqꝫ alioꝝ omniū iā grādis et
ſubinde grādior iter volſas ⁊ canaras emittiť. De hoc plura Strabo ⁊ boc-
Tyberis. catius. Tyberimqꝫ ex apenninis montibꝰ tyberis effluit. Thuſciam abvm-
bris diſterminet hinc romā rerū dominā i partes diuidit. duas ⁊ apud hoſ-
ſtiam ſeparatis etruſcis a veteribus latinis tyrreno miſcetur mari. paduſqꝫ
Padus. padꝰ vt ſcribit pomponius mella ab imis radicibus veſuli montis exotus
paruis ſe p̄mū fontibus colligit ⁊ aliquatenus exilis ac macer mox alijs
amnibus adeo augeſcit vt aliter vt ſe per ſeptem ad poſtremū hoſtia effun
dat. De hoc etiā ſupra diximus: Attica greca romanis latinis. Referebat
enūciabat nobis ⁊ interp̄tabať potēs. Umber clarus vtroqꝫ ore greco ⁊ la-
tino. Et ſ. Primus doctiſſimꝰ Mecenatē vocat horatius: doctum ſermonis
vtriuſqꝫ lingue in. iij. carminū. Hūc vnū ſolū nobis ⁊ inuidit: voluit ⁊ inui-
de cōſpexit noſtrū ſucceſſuꝫ Grecia qui doctiores habere deberet q̄r ſe oīm
literarū parentē iactat. De grecia Pli. in. iiij. Strabo in. vij. Archades quis
ſolos cantare peritos ait Gallus apud ver. Archadia ſcribit Strabo in me
dia peloponeſo ſita eſt cuius gentes grecā nationē vetuſtate preſtare cre-
duntur. thracū ſaltus. ſtrabo in. vij. refert grecie p̄tē a barbarorū natione in
habitari ab thracibꝰ macedoniā ⁊ pleraſqꝫ theſſalie ptes q̄ humaniorē in-
genij cultū hic acceperūt. In decimo autē ait q̄ muſis helicona cōſecrarunt
Archadia traces fuiſſe boetie accolas ⁊ effoꝝ. Orpheum ⁊ muſeuꝫ ⁊ thanix in traces
fuiſſe hinc dicit illos. Inuidiſſe aut hoc pp orpheū ⁊ alios q̄ thraciam oēm
muſica nobilitauerūt. Et theſſala tēpe. Theſſalia nadē eſt ⁊ hemonia mul-
ta ibi ſunt flumina quoꝝ peneus p̄ter oſſam olympūqꝫ diſcurrēs collibus
dextra leuaqꝫ mollitur curuis nemoroſuꝫ cū cōuallibus theſſala teſqua fa
cit q̄ ⁊ tēpe dicūtur. author ſolinꝰ. Antiquis ſeculis inquit ſtrabo totus cā-
pus ſtagnabat quē alijs ex p̄tibus mōtes coercebāt. terre aūt mōtibus fa-
ctis abrupta ſunt q̄ nunc vocanť tēpe: ⁊ ab olympo abſciſſa oſſa ⁊ hac pe-
neus affluit in mare ⁊ orā illam ſiccatā reddidit hinc illa ſunt tēpe. In theſ
ſalia muſaꝝ parēs domuſqꝫ pieria eſt hic libetra carminūqꝫ fontes obiacēt
author Mela. Si quid erit admonet ſi q̄d reliquerit aut non fuerit ad vngē
proſecutus. Ianū ab candido hic poſſe doceri. Notius manifeſtius ⁊ am-
plius declarari. Candidus. Per q̄ꝫ poetam intelligere potes. Illius Umbri
documenta doctrina. Nō procul hinc eſt a nobis hec carmina de fraudibꝰ
femineis. Ille candidus docebit que velimus nobis notiora eſſe. Sed iam
dicit ſe hic ad tibiam cantaturum. Septiforem ob armoniam que eſt ex di-
Decantat nerſis concentibus ſed tn̄ aptis. Aduenam fiſtulam. Experiamnr flatu. con
fraudes. cordemus carmina tibijs. Ante tamen q̄ꝫ incipiam: quia res difficillis eſt.
Nymphe libetrides. Libetros magneſie fons eſt vt ſcribit ſolinus muſis ſa
cer hinc dicūtur Libetrides nymphe libetrides muſe. preſertim precipue.
Polymnia vna eſt nomen muſarum: que vt canit Maro Signat cuncta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

manu loquturqꝫ polymnia gestu. Hec rhetoricam inueniſſe dicitur. Que ⁊ vt ſcribit Diodorus cantus ſuauitate poetas reddit gloria immortalis hanc ſunt qui opinentur dictam a Poly quod eſt multum. et ymnos. laus quaſi multe laudis. Sunt ⁊ qui dicant a Poly ⁊ Niuei o memoria quaſi multe memorie quod cenſet Bapti. hec plus quam cetere octo.

¶ Femineũ ſeruile genus/crudele/ſuperbũ
Lege/modo/ratione/caret confinia* recti
Negligit: extremis gaudet/facit omnia voto
Precipiti: vel lenta iacet/vel concita currit
Femina: ſemꝑ hyems atqꝫ intractabile frig⁹
Aut canis ardentes cõtriſtat ſydere terras:
Temperiem nunq̃: nunq̃ mediocria curat
Vel te ardenter amat: vel te capitaliter odit:
Si grauis ẽ meret toruo nimis hernica vultu
Si ſtudeat comis fieri: grauitate remiſſa.
Fit leuis: erumpit blando laſciuia riſu
Et lepor* in molli radiat meretriceus ore.

¶ Femineũ ſeruile genus. Umbri carmen proſequitur alphus quo feminarũ vicia ⁊ fraudes exequitur ſed non tã exacte qui dictis plura ſupſint dicit ergo Genus femineum. Seruile eſt vel qꝛ vitijs vel ſubiecte vnde animi ſeruiens eſt vel qꝛ abiecte ſũt ⁊ infiſe cõditiõis. Hinc ait ariſtote. li. viij. de natura animalium. Mulier miſericors magis ⁊ ad lachrymas propenſior q̃ꝫ vir eſt inuida. Itẽ magis ⁊ querula ⁊ maledicẽtior ⁊ mordacior. preterea anxia ⁊ deſperãs magis atqꝫ impudentior ⁊ mendacior. Quinetiã facilior decipit meminiſſeqꝫ aptior. Ad hec vigilantior ſegnior immobilior deniqꝫ eſt. Et chryſoſtomus in homelijs q̃d eſt inquit mulier aliud niſi amicitie inimica: ineffugabilis pena: neceſſariũ malum: naturalis tentatio: deſiderabilis calamitas: domeſticũ periculum delectabile detrimentum: mali natura: boni decore depicta. Hec non multum abſunt a ſimonidis ſententia interrogatus quid erat vxor. Inquit viri nauffragium: domus tempeſtas: quietis impedimentum: vite captiuitas pena quotidiana: pugna ſumptuoſa: beſtia contubernalis: canis ornatus: malum neceſſarium: hec in genere dicis ſunt. Sciat tamẽ lector mores non ſexum culpari: datur enim reperire feminas viris multis preſtantiores. Sꝫ qualem oporteat mulierem eſſe que laudanda eſt manifeſte oſtendit apud Plau. in amphitrione Alcmena de ſeipſa predicans: Non ergo inquit illã mihi dotẽ duo eſſe qui dos dicitur. Sed pudicitiam ⁊ pudorẽ ⁊ ſedatuꝫ cupidinẽ deũ metũ parentum amoreꝫ ⁊ cognatũ concordiam. Tibi morigeram atqꝫ vt munifica. ſim bonis proſim probis. ſed vt ait ſatyricus. Rara auis in terris nigroqꝫ ſimillima cigno crudele. tibullus ideo dicit vt crudele genus nec fidũ femina nomen ſuperbum. Mulierum ſuperbiam taxat. Iuue. ſatyra. vj. Parce precor peõ ⁊c. Lege quod poſt dicetur modo huic. M. porcius cato apud liuium, Inquit date frenos impotenti⁹ nature et indomito aliter deſperate ipſas modum licentie facturas niſi vos faciatis. Eſt autem modus vt ſcribit Pli. in. xviij. Rerum omnium vtiliſſimus. et Horati⁹. Eſt modus in reb⁹ ſunt certi ⁊c. Ratione conſectarium eſt vt qui lege modo careat: careat ratione: femina enim maxime perturbatione ducitur. non facit rationi obedientes appeti. Confinia recti negligit hoc eſt quod dixit modo feminam carere. Uirtutes eñ nil niſi mediocritates ſunt conſiſtunt quoqꝫ inter paruum ⁊ minimum. Extremis gaudet. Affectuoſe in eodem perſtat. Quid eñ extremis gaudere eſt q̃ꝫ rectum ipſum negligere quia ſi quis per exuperantiam aut defectũ peccet. Que ſunt duo extrema inter que virtus exiſtit contra rectum facit ergo illud negligit ⁊ contrarijs gaudet. Facit oĩa

* Cõfiniũ idẽ ẽ q̃ ꝯfinis. col. li. iiij. mediocritas i electione loci maxima ꝓbat. q̃m in cõfinio boni maliqꝫ ꝓpoſita ẽ.

* Lepor ⁊ lepos vtroqꝫ mõ dicitur ꝓſermone nitido ⁊ abſterſo: q̃ſi lautitia quadaꝫ ſermonis.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

voto precipiti. Probat feminã extremis gaudere. Ualerius ad ruffinum ne ducat vxorẽ dicit. Inſani capitis ⁊ precipitis eſt femina indeliberata ſemper volũtate vel lenta iacet vel concita currit iacere ⁊ currere. lenta et concita oppoſita ſunt ⁊ eſt figura que antiteton vocatur. Lenta iners. Concita currit qđ Cicero in officijs reprehẽdit dicẽs. Cauendũ eſt aũt ne aut tarditatibus vtamur: ingreſſu mollioribus: vt ſimiles pomparũ ferculis eſſe videamur aut in feſtinationibꝰ ſuſcipiamus nimias ſceleritates. Concita preceps. Femina ſemper eſt velut hyẽs ⁊ frigus intractabile ineuitabile. Unde ſalomon prouerbi. cap. xvij. tecta peſtilentia i die frigoris ⁊ litigioſa mulier cõparantur. Aut canis velut canis de canicula hyginius in hunc modum ſcribit preter cetera que in. ij. dicit. Canis leporem fugientẽ conſequens poſterioribus pedibus diuiditur ab hyemali circulo pedẽ dextrum orationis pene ſuo capite coniungens capite ad occaſum ſpectãs. ſed caput ad equinoctialẽ circulũ tendit. occidit orientẽ ſagittario. Et oriens aũt cum cãcer ⁊c. Hec exorta plerũqȝ peſtilentiã toto anno facit. Plerũqȝ peſtilẽtiã paucis diebus interdũ innoxia iraſcitur. Creat peſtilentiã ſi in hãc etiã ceterorũ cõtennat aſtrorũ curſus. Hec ſeruius in. iij. eneidos. Contriſtat moleſtat ſydere ſua influentia. terras ardẽtes calore ſolis. Nã cũ ad canẽ ſol aſcenderit corpora humana languore afficiũtur. tẽperiem nũqȝ allegoriã videtur ſuperiorem exponere. Quia ſi femina ſemper hyems eſt nũqȝ ergo tẽperiem curat. tẽperiem moderationẽ. Nũqȝ mediocria curat: repetit quod dixit feminam modo carere. Aut te ardente amat vehementiſſime ⁊ ſine moderatione. Uel te capitaliter odit vt tuũ caput et ſanguinẽ expetat. Quia vt refert valerius ad ruffinum: audax eſt ad omnia que amat vel odit femina. ſi grauis eſt ſeueritatẽ pie ſe ferre vult. Meret mercere illam dicat adeo ſeuera eſt. Hernica aſpera velut montes hernici in italia. toruo truci et feroci. Si ſtudeat fieri comis facilis ⁊ lepida. Remiſſa grauitate relicta. Fit leuis inconſtans. Quia dũ vitãt ſtulti vitia in cõtraria currũt. Laſciuis procacitas quedã. Erũpit apperet ⁊ hinc manat. Riſu blãdo ſuaui ⁊ dulci. Hinc Epictetus ait. riſus neqȝ multus ſit neqȝ ob multa neqȝ ſolutus. Et lepor meretricus. Lepiditas que ſolent viris meretrices blãdiri. radiat aut ſplẽdet aut ferit ⁊ veluti radius in audientem oſqȝ protenditur. Propterea ait ſalo. prouer. v. Fauus diſtillans labia meretricis et nitidius oleo guttur eius nouiſſima autem illius amara quaſi abſynthium; et ⁊ lingna eiꝰ acuta quaſi gladius biceps. Molli dulci ⁊ comi.

¶ Flet ridet qȝ ſibi ſit contraria mulier docet. Flet: plorat dicit ſatyricꝰ. Uberibus ſemper lachrymis ſemperqȝ paratis inſtatione ſua atqȝ ſpectantibus illam.: Quo iubeat manare modo. ridet quod fletui opponitur: riſu autem inepto res ineptior nulla eſt. Sapit inſanit ⁊ hec ẽ oppoſita. Formidat ⁊ audet ⁊ hec eſt. Timet. vult non. Hinc ſcribitur puer. xiij. vult ⁊ non vult piger ſibi contraria femina pugnat ſecum vt docuit. Mobilis

¶ Flet: ridet: ſapit: iſanit: formidat / ⁊ audet:
Uult non vult / ſecũ qȝ ſibi contraria pugnat
Mollis / icõſtãs / vaga / garrula / vana / biligu[...]
Imperioſa. minax / indignabunda / cruenta /
Improba / auara / rapax / querula / inuida /
credula / mendax /
Impatiens / onceroſa / bibax / temeraria /
mordax:
Ambitioſa / leuis / maga / lena / ſuperſtitioſa /
Seditioſa / vorax / ganee ſtuſi ioſa palatum
Docta: ſalax petulans / ⁊ dedita mollitiei;

Epiteta mulierum infinita.
* Ganea lupanar meretricum Teren. in Adel. vbi ego illũ ꝗ tam credo abductum ĩ ganeam.

[...]iſterio de Educación, Cultura y Deporte

Dedita blanditijs: curande dedita forme/
Ire odijſqꝫ tenax: indonea/tempora differt
Ulciſcendi aīos: infida ingrata maligna:
Impetuoſa/audax/fera/litigioſa/rebellis.

mutabilis. Hinc ver. i. iiii. Uarium ⁊ mutabile ſemper femina: Uaga quod vitium quoqꝫ deteſtatur ſatyricus. ſed cātet poti⁹ quam totā peruolet vrbē audax. ⁊ prouer. vii. Garrula ⁊ vaga quietis impatiēs nec valens in domo cōſiſtere pedibus ſuis. Nunc foris in plateis nunc iuxta angulos inſidians. Garrula loquax: qđ etiam vitium carpit Iuue. Hec eadem nouit ſtilla tamē grauior vana futilis. Bilinguis locuteteia et que lingue non parcat. Imperioſa. Quod vitiū taxat etiam ſatyricus. Nil vnq̄ donabis inuita coniuge. De poteſtate vxoria Catho ita dicere ſolebat. Omnes homines vxoribus imperant: nos oībus hominibus nobis tutem vxores. In egypto vxores ob dotis amplitudinem viris dominari dicuntur. auctor diodorus. Minax minabūda. Indagabunda poſcens qđ vitium non preterit ſaty. Eſt opere preciū penitus Cruenta ſanguinis appetēs qđ carpit Iuue. Pone crucē ſeruo. Improba ſine probitate. Auara hoc quoqꝫ vitiū ab eodē notat. iterea callet ⁊ regnat. Rapax qđ ex ſuperiori ſequit. Cucrula que cōqueritur. Quod idē docet. Tunc grauis illa viro. Inuida que ſucceſſu alterius doleat. Credula. hinc ait proper. Ah nimium faciles aurem prebere puelle. Quare idem ait. ſed tu non debes inimice credere lingue. Mendax hoc eſt quod dixit vana falſa. Impatiens que nil poteſt pati tam difficilis eſt ⁊ moroſa quod vitium etiam taxatur in multis locis. Nam ſi conſtituit ſolitoqꝫ docentius optat. Oneroſa alijs grauis ⁊ que tedio quoſcūqꝫ afficiat ⁊ oneri ſit. Bibax que ſepe bibere expetat ⁊ ebria ſit. Quod docet ſaty. tandem illa venit rubicundule totum. Enophorum ſitiēs. Temeraria q̄ temere cūcta faciat ⁊ incōſulta. Mordax que dictis q̄buſdā ioculatorijs quoſqꝫ proſequat. Ambitioſa honoris plus iuſto appetēs. Leuis inconſtans. Maga que arti magice det operā, Qđ taxat Iuue. hic magicos affert cātus hic theſſala vēdit. Phitra ⁊c. De magica nos ſupra diximꝰ. Lene q̄ filias artē meretriciā doceat. Iuue. illud vitiū pſequit deſperāda tibi ſalua concordia ſocru. Supſtitioſa. Ois importuna iepta que religio ſcđm Gelliū ſupſtitio dici pōt ſupſtitioſa mulier religiōi inepte dedita. qđ vitiū carpit iuue. Ecce furētis bellone matriſqꝫ deū chorus intrat ⁊c. Deſidioſa iners ⁊ mollis: vorax q̄ plus iuſto comedat ⁊ inhoneſte cūcta abſorbeat ⁊ gule dedita ſit. Ganee ſtudioſa q̄ popine idulgeat ⁊ igluuiei. Eſt aūt ganea lupanar meretricū guloſoꝝ diuerſoriū ⁊ ponat ꝑ impū igluuie cibarijſqꝫ nōnūq̄ ponit. Breuiant autem hic Bap. Ganee preter alioꝝ normā niſi velis hic ſinereſim fieri. Palatū docta delicata ⁊ q̄ qđ palatū quātūcūqꝫ parū offēdat reſpuit. Eſt aūt palatū oris celū qđ dicit. ſalax libidine pruriēs ⁊ que coitū ſepe expectat. qđ vitiū etiā ſaty. docet. Nota bone ſecreta dec petulās. Laſciua aut improba aut effrenate qđlibet petēs. Et dedita molliciei hoc eſt: qđ dicit deſidioſa vel eneruis ⁊ que nil animi habeat. Dedita blanditijs quibus viros capiūt q̄bus blādiunt mulieres. Curāde dedita forme cui plus iuſto tēporis impēdūt. qđ vitiū etiā notat iuue. eſt in conſilio matrona admotaqꝫ lanis. Et iterea feda aſpecto ridēdaqꝫ multo pane tumet. Ire odijqꝫ tenax q̄ longo tpe irā odiūqꝫ in aliquē in animo ſeruat. Inidonea oportuna ⁊ donec occaſionem vindicte nacta ſit. Differt ꝓtelat ⁊ ꝓlongat: Ulciſcēdi animos vindictā de qua Iuue. cōtinuo ſic collige ꝙ vindicta nemo magis gaudet q̄ feia. Infida nō fida. qđ quoqꝫ tibullus fatet. Ah crudele genꝰ nec fidū femia nomen Ingrata q̄ bñficij accepti imemor ſit quo. vitiū nullū deteſtabilius eſt. Illa

Superſti

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lingua aſpera: difficilis inuida. Impetuoſa que impetum faciat: aut cum impetu cũcta agat. Audax qđ ſupra dixit audacter cuncta aggrediẽs. Fera ferox ⁊ terribilis. Litigioſa que lites diſſeminet. Quod notat Iuue. Nulla fere cauſa eſt in qua non femina litẽ mouerit. Rebellis viro repugnans. ¶ Exprobrat cõmemorãdo beneficia ſi qua retulerit: q itolerabilius nihil eſt ꝙ femia diues. Excuſat ſua crimina voce tragica. Clãoſa vt deterreat qđ aperte docet ſaty. ſed iacet in ſerui cõplexibus aut eqtis dic aliquem ſordes ⁊c. murmurat. ſuſurrat. Accẽdit rixas iurgia ⁊ cõtẽtiones: qđ ſupra ꝗꝗ dixit. nil federa pẽdit. i. vilipẽdit hoc eſt ꝙ dixit infida. Ridet irridet ⁊ contẽnit amicitias.

Exprobrat/excuſat tragica ſua carmia voce
Murmurat/accendit rixas: nil federa pẽdit
Ridet amicitias: curat ſua commoda tantũ.
Ludit/adulatur/defert: * ſale mordet amaro.
Seminat in vulgus nugas: auditaꝗ lingua
Auget: ex humili tumulo producit olimpuz.
Diſſimulat: ſimulat/doctiſſia fingere cauſas
Ordiriꝗ dolos/fraudiꝗ accõmodat ora/
Ora omnes facili caſus imitantia motu.

Quod carpit Iuue. Hec dabit affectus ille excludetur amic' iam ſenior cuius barbam tua ianua vidit. curat ſua commoda tãtum ſibi vtilia nõ que aliĳs qđ ex iuſticia ⁊ generis humani cõiunctione facere deberet. nã ſola viro mulier ſpoliĳs exultat adẽptes. Ludit deludit ⁊ illudit. Adulatur blãditur ⁊ inſeruit vt fauorẽ emereatur. Defert vt que clandeſtine accuſet ⁊ abſentes inſimulet. Sale mordet amaro hoc eſt qđ ſupra dixit mordax: ſale: amaro ridiculo ⁊ ioco mordẽte ꝙ de ne volo dicit in .ix. Iuue. Mordet notat ⁊ reprehẽdit. Joculãtur enim die tertia quibus ridẽdos pingunt quoſcũꝗ. ſeminat in vulgus nugas diſpergit futilia ⁊ res vagas: qđ notat ſaty. hec eadẽ nouit quid toto fiat in orbe. Audiataꝗ femina audiuit ex rumore. Lingua auget. Uerbis maiora facit. hinc ait ſaty. Famã rumoreſꝗ recentes excipit ad portas. Et id eſt expoſitiue. ex humili tumulo re parua ⁊ medica. Producet faciet ſua lingua ⁊ verbis olympũ rẽ magnã. Qualẽ ⁊ quãtum predicãt Geographi olympũ qui excellẽti vertice tãtus: vt refert ſolinus attollitur vt tegmina eius celũ accole vocẽt ara eſt in cacumine ioui dicata cuius altaribus ſi qua de extis inferuntur non deflantur ventoſis ſpiritibus: nec pluuiĳs diluuntur. Sed voluente altero anno. cuiuſmodi relicta fuerint: eiuſmodi reperiuntur. Et omnibus tempeſtatibus a corruptelis aeris vindicatur quicquid ibi ſemel eſt deo conſecratũ litere in cinere ſcripte vſꝗ ad alteram anni cerimoniã permanẽt: hinc aperte dignoſci poteſt ꝙ altus ille ſit qui pluuiarũ ventorumꝗ regionem aeris tranſcẽdat. Diſſimulat ſe quid non habere qđ habet. Simulat ſe quid habere qđ non habet. Doctiſſima fingere cauſas qđ aperte etiam docet ſatyricus. Cõponũt ipſe per ſe formantꝗ libellos ⁊c. Ordiri intexere. Dolos quibus homines intercipiũt. vnde canit Proper. Sed vobis facile eſt. verba ⁊ cõponere fraudes hoc vnũ didicit femia ſemꝑ opus. Fraudiꝗ accõmodat ora. vnde ſeneca in Hyppolito ait. Qđ ſinãt inauſum femine ꝑceps furor. Nefanda iuueni crimina inſonti apparat in ſcelere ꝗrit crimie lacerato fidẽ. Decus omne turbat capitis humectat genas inſtruitur fraude feminea dolus. Accõmodat ora. ita qđ pro rei qualitate vultũ fugit ⁊ frontẽ diſponat accõmodat applicat. Imitãtia facili motu que facile vertuntur ⁊ diſponuntur. Ad omnes caſus pro quibus variamus animũ. Nã triſtia meſtum vultũ verba decent natũ plena minarum Ludẽtem laſciua. ſeuerum ſeria dictu.

* Sal nõnũꝙ p ſapiẽtia ponatur p vrbanitate ioco et ridiculo et dictis ad riſum vel ad delectatione cõpoſitis tã i ſingulari ꝙ i plurali numero. Catu. nulla ẽ in toto corpore mica ſalis. Cic. publio ſcipioni. oẽs ſale et facetĳs ſuperabat. Luca. Nõ ſoliti luſere ſales.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Nō potes inſidias euadere/nō potes aſtuʒ
Uincere/tante artes:ſolertia tanta nocendi.
Et q̄q̄ videas oculis preſentibus: audet
Excuſare nephas:potis eſt eludere ſenſus
Sedulitate animi:nil eſt q̄ credere poſſis:
Et nihil eſt q̄ non ſi vult te credere cogat.
His faciēt exēpla fidē: que crimina non ſunt
Feminea tentata manu:dedit hoſtibus arcē
Decepta ornatu brachij tarpeia ſiniſtri:
Seuijt in natos manibus Medea cruentis
Tyndaris egeas onerauit nauibus vndas
Scylla hoſtem ſequitur patri furata capillū
Fratrē biblis amat:ſubijcit ſe myrrha parēti
Cōcubitus nati longeua Semiramis ardet.
Cauſa necis vati coniunx fuit Amphiarao.
Occidere viros nocturnis belides armis.

¶ Nō potes inſidias mu
lierum euadere effugere. Ars aſtus
Unde prouerbio.xxiij.ſcri tia vocalis
bit̄.Inſidiat̄ in via quaſi qua q̄s nō
latro ⁊ quos incautos in= facile falli
uenerit īterficiet.Nō po= ledi ma=
tes ſi fueris incautus.nō gis alios
potes aſtū calliditatem.fallere pōt
vincere in quoquo velint q̄ grece di=
te perducāt.Tante artes cit τεχνη
acclamatio ē.Artes frau Diſcurſu
des.ſolertia induſtria.Et hiſtorico
q̄q̄ videas oculis preſen compro.
tibus vt illā in crimine fla
grāti dep̄rehēdas.Audet
tamē mulier excuſare q̄ꝛ
vt dicit Iuue.Nil ē auda
cius illis dep̄rehenſis irā
atq̄ animos a crimine ſu
mūt.potis eſt eludere fe=
mina decipere ⁊ p̄ſtringe
re.vnde Propertius.Una
meos qm̄ p̄data eſt fe=
mina ſenſus. Sedulitate Exempla.
diligētia ⁊ calliditate.Nihil eſt qd̄ credere poſſis ſi ad fraudes naturamq̄
fallacium mulierū pernicias.vel ſic qd̄ tibi facile diſſuadebit qd̄ velit ⁊ cō=
tra nihil eſt qd̄ nō cogat te credere tibi ita eſſe perſuadeat.ſi vult huc ani=
mū mulier intēdere.His faciēt exēpla fidē.Rē vult exemplis probare:q̄ꝛ vt
refert ari.prob.ſectione.xviij.exēpla ⁊ fabelle teſtimoniū ſpēm gerūt.fides
autē p̄facilis eſt quā teſtimoniū fecerit addit̄ qd̄ vero ſimile quiſq̄ liben=
tius diſcit:exemplū autē ⁊ fabelce rē non niſi vero ſimile docēt.Non ab re
ergo dicit Bap.exēpla faciēt fidem his que de mulieribus dicta ſunt.Que
crimina non ſunt feminea tētata manu quaſi dicat omnia. Nam vt inquit
Hiero.in aureola in tactū reliquiſſe feminas docet Hiero.epiſtola ad Cte
ſiphonem de libero arbitrio:quarum ope dicit hereſes multas proceſſiſſe.
Et Sene.in Hippo.ait.Sed dux malorū femina ⁊ ſcelerum artifex eſt ⁊c.
vt ſupra.Dedit hoſtibus.Hiſtoriam ſcribit Titus liuius li.j. prime deca=
dis.Sp.e.Tarpem.qui romane p̄erat arci filiam virginem auro corru=
pit Tarcius:vt armatos in arcem accipiat:a quam ea forte tum ſacris ex=
tra menia petitum ferat:accepti obrutam armis necauerunt:ſeu vt vi ca=
pta potius arx videret̄:ſeu prodendi exēpli cauſa:ne quid vſq̄ fidum pro=
ditori eſſet additur:qd̄ Sabini aureas larmillas magni ponderis brachio
leuo gemmatoſq̄ magna ſpecie annulos habuerunt:pepigiſſe eam:quod
in ſiniſtris manibus haberent eo ſcuta illi pro aureis donis congeſta ſunt
qui eam ex pacto tradendi qd̄ in ſiniſtris manibus eſſert:decreto arma pe
tijſſe dicant:⁊ fraude viſam agere ſua ipſam p̄remptā mercede.Hec ille.
Tarpeia tarpeij filia:decepta ornatu brachij ſiniſtri puta armillis ⁊ an= Tarpeia
nulis.Dedit prodidit.Arcem capitolium.Hoſtibus ſabinis.Seuijt in na=
tos.Medee nota eſt fabula.Cum enim alienum a ſe.Iaſonem aliāq̄ ſum Medea
pſiſſet in vxorē puta Creuſam Creontis corinthi regis filiā videret delcta
igni domo Creontis filios p̄prios trucidauit:vt in medea Senece videre
potes.Medea ſeuit furiuit.In natos filios:q̄ꝛ illos occidit.Tyndaris He=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Helena lena. Tindari filia putatiua. Onerauit in cauſa fuit q̄re onerarent. vndas egeas mare egeum. Nota eſt etiā fabula vt Paris Helenā rapuerit: illāq; repetentes greci. Troiam bello decennali ſolo equarunt. Eſt autem mare egeum vocatū: vel qđ inter Tnedū ⁊ Chium inſulas ſurgēs effigiē capre quam greci vocant egam habet: vel ab egeo Athenarum rege patre Theſei eo qđ eum mortuū apud Cretam crediderit: ⁊ ob ſe precipitē e ſpeculs

Scylla in mare dederit. Incipit autem ab Heleſpontiaci maris fine. Scylla hoſtē ſequitur: fabulam ſcribit Naſo in. viij. meth. Hec autem Minois capta capillum patris niſi de vertice abſciſſum noſti amato offerens patriam prodidit: que ſpreta cum victor abiret minos verſa eſt in auē. Scylla furata patri. Niſo capillū. Niſo enim ſplendidus oſtro inter honoratos medio de vertice canos. Crinis inherebat magni fiducia regni. Sequitur hoſtē Minois partes q̄ʒ illi prodidit vrbem vt Uer. Res agamenonias victriciaq; arma ſecutus. Uel ſequitur hoſtē. ⁊ interea in auem vertitur. Fratrem bi-

Biblis blis amat. Biblis Mileti filia caunum fratrem amauit: que ſpreta in frontem ſui nominis verſa eſt. vt in. ix. met. ſcribitur. Subiecit ſe myrrha parenti. Myrrha patrem Ciniram amauit: quo cum potita eſſet patrem fugiēs

Myrrha erranſq; in arborem verſa eſt: pepertiq; filium Adoni. Fabulam ſcribit Naſo in. x. Parenti Cinere. Concubitus nati. Hiſtoriam narrat Juſti. in. j. epitho. Hec enim concubitū Nini filij expetij: a quo filius abhorrēs matrē occidit. Longeua ſemiramis iam vetus. Ardet expetit. Concubitus nati cū

Semiramis. Nino filio rem veneream habere. Semiramis mortuo viro ⁊ ſuperſtite filio adhuc pene puero virilem ſexum mentita res magnas geſſit. Babylo-

phile. nem condidit: atq; alia preclara ⁊ facinora geſſit. De hac plura Juſti. Cā necis. hyſtoriam Diodorus in. v. bibliothece narrat. Cum enim neceſſum eſſet bello Thebano Amphiaraū intereſſe recuſaretq; his quod ſe in bello periturum preuidiſſet: ferunt Polinicē aureum torquē a Uenere Hermione datum. Eriphile quo belli ſocietatem viro perſuaderet donaſſe. Eo tempore Amphiaraus Adraſtruſq; de regno diſſidētes ad Xriphilē Amphiarai coniugem Adraſte ſororem iudicium retulerunt. Illa pro Amphiarao ſententiam tulit addens vt belli Thebani ſocius adiutorq; eſſet: qui exiſtimās ſe proditum ab vxore ad bellum ſe iturū ſpopondit: illicq; prout coniunx Eriphile. Fuit cauſa necis: q̄ʒ ſic pro illa ſententiā tulit vt ad bellum iret de Amphiarao Papinius in thebaide fuit vaſes hic celeberrim⁹. occidere viros Danaus quinquaginta filias cum haberet illas coactus quinquaginta filijs Egypti fratris deſpondit: que a patre iſtructe acceptis gladijs prima nocte nuptiarum omnes preter hypermeſtram maritos occiderunt linum hypermeſtra ſeruauit. Belides Beli neptes viros patrueles Egypti filios Nocturnis quia noctu illos occiderunt.

¶ Orphe. Fabulam narrat Naſo metha. xj. Ciconum femine Orpheū qđ

Belides. abeo cōtēnerent iterfecerūt mēbraq; fruſtati ꝑ cāpos diſpſerūt ſūt aūt Cic. populi tracie ad Hebruʒ

Cicones. habitātes mēbrati ꝑ ptes ⁊ mēbra diſcognita luxu. Fa. no. ē bitaux amauit q̄ cū rē poſſet hrē iuſſit a dedalo fieri vaccā ligneā in quā incluſa rem cū tauro

Orphea membratim cicones ſecuere poetā.
Cognita luxurie petulantia paſiphaee.
Phedra pudicitiam contra crudeliſ auſa ē.
Decepit iudea virum rebecca ſuamq;
Progeniem: velans hircino guttura tergo
Porrigit alcide coniunx fatale venenum
Decipit hippodame patrem / lauinia troes
Implicat ancipiti bello bryſeis achillem:
Depulit e caſtris: demens chyſeide factus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Fulminat atrides ꝛ ſentit appollinis iras**
**Eua genus noſtrum felicibus expulit aruis.**

habuit peperit qđ mino-taurũ petulãtia laſciuia. paſiphaee adiectiuũ eſt: eſtq₃ pẽtaſyllabũ. Hec au- ¦paſiphae phedrae.
tem mionis vxoꝛ fuit phedra cũ ariadem ꝛ phedrã ſoroꝛes Theſeus reuo
luto labyrinto rapuiſſet. Relicta Adriane phedram in vxoꝛe₃ cepit. Hic cũ
abeſſet detineretur q₃ apud inferos phedra amoꝛe impatiens Hyppolitu₃
cepit amare qui nouerce parere noluit: quare leſam pudicitiam videns no
uerca hyppolitum accuſat. Superuenit vir. filij mortem ab neptuno impe
trat quare in maximos incidit luctus. Tunc facti penitens phedra ſcelus
ſe interficiendo diciſcitur. rem diffuſius narrat in hyppolito ſeneca. Eſt au
ſa crudeliter cũ priuignũ ſic incuſauit cõtra pudicitiam quã intemerate co
lebat Hyppolitus. Decepit iudea virum. Rebeca Hiſtoria hec ca. xxvij. Ge
ne. ſcribitur. Cum enĩ Iſaac ſenuiſſet caligaſſentq₃ eius oculi. eſau primo- Rebecca.
genitũ vacauit pcepitq₃ ire venatũ ꝛ inde ſibi pulmẽtaria fieri: cuius dicto
cũ pateret filius rebecca quod plus Jacob diligeret. hedos per eum deferri
iuſſit: vt conſilium patris interciperet: quos cũ paraſſet mater Jacob pelli
bus hedorũ ſuperindutus manus ad patrem detulit: cũq₃ inuitat qui fa-
Cã. Uana inquis: q̃ dãna tuis iferre videntur
Diuitijs: ſi vis noſtras audire camenas.
Erue ſopitam de ſollicitudine mentem.
Uult hylares aĩos: trãquillaq; pectora carmẽ
Torpeo vt eſuriẽ patiẽs: ⁊ frigora ✱ miluus:
Iamdudũ ſquarroſa cutis ſitis occupat ora
Nec pec⁹ in ſtabulis nec ĩ agro farra nec auꝝ
In loculis: ⁊ vis poſitis me viuere curis?

¶ Sydera iũgamus. his aperte ꝓbari põt ſyderũ illã obſeruationẽ vanam inaneq; eſſe. nam mõſtrat alterũ alterius ope poſſe iuuari: etiã inuitis ſyderibus q᷑ ni ita eſſet nõ diceret ſydera iũgamus vt tu me donis que a ioue habes ⁊ ego te his q̃ ab mercurio mihi ſũt iuuẽt. Facito mihi Iuppiter adſit mihi opitulãdo. Mercurius noſter qui carmen ⁊ cetera dedit. Hic autem male ⁊ Iouis filius diſciplinas artes reperit quẽ ob mẽtis potentiam her=

✱ Milu⁹ ⁊ miluius vtroq; mõ dr auis rapaciſſima a molli volatu. vt qdã buſdã pl3 vel facti ita noie a voce quaz facit ouid. li.iij. faſto. iuppiter alitib⁹ rapere impetrat: attulit illa mil ui⁹ ⁊ meritis venit ĩ aſtra ſuis

Mauri.

Italia.

Aduerte.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Nõ facit ad noſtros talis medicina dolores.**

metem dictum putat macro. Huic que ſequuntur attribuũtur quorum ſingula enodabimus. pileolũ' gaterũ quẽ ferre fingit mercurius qd primior erat radijs ſolaribus. Uirgã caduceã qua ꝙ potẽter vtat mer. docet ver. in iiij. Tum virgã capit hac animas ille euocat orcho. pallãtes animas ſub triſtia tartara mittit: dat ſomnos adimitqꝫ ꝛ lumina voce reſignat. Jlla fretus agit vẽtos ꝛ turbida tranat nubila. Hanc ab appolline data lyra dicit acceditſſe qua bellãtes dirimit Cytharas. Higinius in ij. ſcribit mercuriũ cũ primũ lyrã feciſſet in cilleno monte archadie ſeptẽ chordas inſtituiſſet ad Athlantidũ numerũ qd Maia vna ex illarũ numero eſſet que mercurij eſt mater. Deinde poſtea cũ Appollinis boues abegiſſet deprehẽſus ab eo quo ſibi facilius ignoſceret petẽti appollini: vt liceret ſibi dicere inueniſſe lyrã cõceſſit ꝛ ab eo virgulã quãdã muneri accepit: quã manu tenẽs mercurius cũ pficiſceret in Archadiã ꝛ vidiſſet duos drachones inter ſe coniuncto corpore aliũ appetere: vt qui dimicare inter ſe viderent: virgulã inter vtrũqꝫ piecit itaqꝫ diceſſerũt quo facto eã virgulã pacis cauſa dixit eſſe cõſtitutã. Hec ille nodũ herculis de quo macro. inquit. Caduceũ egyptij in ſpẽ drachonũ maris ꝛ femine cõiunctorũ figurauerũt mercurio cõſecrãdũ. Hi drachones p media voluminis ſui inuicẽ in nodũ quem vocãt herculis obligant primeqꝫ partes eorũ reflexe in circulũ preſſis oculis ambitum circuli iugũ ꝛ poſt modo caude reuocãtur ad capulũ caducei ornãturqꝫ alis ex eadẽ capuli parte naſcẽtibus. Alas. Talaria qbus ſignificat ſyderis velocitas citius enĩ ꝙ ceteri planete in ſuũ ortũ recurrit vñ velox ꝛ errãs inducit. Uana ſupuacuis. Arguit Syl. Cãdidũ vana vſurpaſſe dicẽdo, quare ignarus monſtrat Syl. qd per illa intelligat: ſed vt pter ea que diximus in allegorijs Joã. Boc. ꝛ alia itelligit p galeã qd aduerſus iuidie furiã eloquẽtia valido tegumẽto fuet. per talaria ſmonis deſcribit velocitas, per virgã eloquẽtis vires p ſerpẽtes eloquẽtẽ oportere eſſe diſcretũ ꝛ prudẽtẽ, p cytharas qd p organa ab eo diſpoſita cordis noſtri pãdunt itrinſeca. Hec ille ꝛ plura alia q vide. Jnculcas vſurpas ꝛ futilr effũdis. Pluris vana illa recẽſendo. Uana inqs. His mot' Cãdi. i Syl. iſurgit. Uana inqs eſſe q dixi. vident hec vana. Camenas carmia q camene iſpirãt. Erue Leua de ſollicitudie q mẽtẽ obnubilat ac impedit: qꝛ vult hylares oios qd ſupra ex Jue. docuim'. Trãquillaqꝫ pectora ab oi pturbatiõe vacua. Propterea dixit Ouid. li. v. de triſtib'. Difficile eſt qd amice mones: qꝛ caria letũ, Sũt opus ꝛ pacẽ mẽtis habere volũt. Et illud. Carmina pueniũt aio deducta ſereno:

Miluus. Torpeo maneo iners vt milu' hic rapaciſſim' ꝛ famelic' ſemp eſt. Hic artẽ gubernãdi docuiſſe cauda flexib' in celo monſtrãte natura videt qd opus eſſet in profundo miluus etiã mẽſibus hybernis latet tradit ſolſtitijs affici podagra. Autor pli. Eſuriẽ famẽ. Eſuriẽ aũt dicit ꝛ frigora qd p endiãdim dic fame quã i frigore ꝯhit: q vt ait Eraſiſtrat' apud Gel. li. xvj. Jntolerabilis eſt cetera apud illũ. c. iij. Cutis ſquarroſa poſtulis et lichinibus exurgẽs Situs ſquallor q ſordes. Nec pecus eſt ſubaudi in loculis crumena. Et vis iterrogatiue hoc: ꝛ vis poſitis me viuere curis: qd ſupra dixi. Nõne potes poſitis vitã traducere curis. Poſitis curis ſine ſolicitudie. Talis medicia qualẽ das ad nr̃os labores leniẽdos: ꝛ vt viuã ſine ſolicitudie.

**Fac alacrẽ: tege: paſce: graui ſuccurre ſenec**
**Jnuenies promptum verſu: ꝛ cãtare parat**
**Plena domus curas abigit; cellaria plen**

¶ Fac alacrẽ. Hec ſunt q ad carmẽ ſunt neceſſaria alacrẽ, vt expetit carmen qd. ſ. docui. Et Juue. admodum dilucide demon=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Plena penus:plenicꝙ cadi:pleneꝙ lagene:
Horrea plena:greges leti:grauis ere crumēa
Tūc iuuat hybernos noctu vigilare decēbres
Ante focum:ꝛ cineri ludos inarare bacillo:
Torrere:ꝛ tepidis toſtas operire fauillis
Caſtaneas:plenoꝙ ſitim reſtringere vitro.
Fabellas inter dentes ridere puellas.
Tityrus vt fama eſt ſub mecenate vetuſto
Rura:boues:ꝛ agros ꝛ martia bella canebat
Altius:ꝛ magno pulſabat ſydera cantu:
Eloquium fortuna dabat: nos debile vulgus
Pānoſos: * macie affectos: farragie paſtos.
Aonie fugiunt muſe:contemnit apollo.

ſtrat. Sed vatē egregium cui non ſit publica vena. Qui nihil expoſitum ꝛc. Tege. Ne dici poſſit rara in tenui facundia panno. Paſce ciba. Graui ſuccurre ſenecte.ob quā rē Iuue. Neꝙ em̄ cātare ſub antro Pierio thirſumve pōt contingere ſana Paupertas atꝙ eris inops ꝛc. Inuenies prōptū verſu cōficiū do. Quia vt ait Ouid. Dulcis erat mercede labor. Et vt ad rē noſtram traham. Fecundi calices quem nō fecere diſertum. Plena domus curas abigit. proptera dicit Saty. Nā ſi Vergilio puer ꝛ plorabile deſit hoſpitium ꝛc. Cellaria celle vinarie. Penus repoſitoriū eſculentorum ꝛ poculentorū. Cadi dolia vinaria. Pleneꝙ lagene vaſa teſtacea. Horrea granaria. Leti pingues:ꝛ q̄ feturā suppleant. Crumenā mulget ꝛ marſupiū. Grauis refertus ꝛ plenus. Ere argento. Hec oia repete abigunt curas ꝛ ab ſollicitudine mentē eruūt. Tunc iuuat cū hec cuncta contigerūt. Decēbres decēbris noctes. Decēber qḋ decē ab martio erat dictus. Sunt autē tūc noctes longiores. Et cineri ludos quoſdaʒ pueriles. Bacillo baculo. Torrere caſtaneas. Et id eſt operire tegere ꝛ torrere. Fauillis: prunis candentibus ꝛ ignitis. Caſtaneas em̄ torrere in cibis gratius eſt. Is armatum echinato calice vallū eſt trini q̄buſdā partus ꝛ vno calice cortexꝙ lentus. Proxima corpori mēbrana ꝛ in iis ꝛ in nucibus saporē ni detrahat infeſtat. Sardib⁹ he puenere primū:ideo apud grecos ſardionos balanos appellant autor. Plin.xv. Crepitant autē:iō qḋ humidū ſubtile factū calido nō potes exire ppter duriciē corticis frāgit ipm cum violētia magna:ꝛ ſonum quaſi tonitrum cauſat plenoꝙ ſitim reſtringere vitro opprimere ꝛ ſedare. Unde Heſiodus interprete Nicolao Ual. inquit. Tunc bene potandū cū plena effundit ab aluo vina cadus. Fabellaſꝙ inter Nentes ridere ad riſum narrare: nentes penſa trahentes: Qḋ Uerg. docet.j.geor. Et quidā ſeros hiberni ad luminis ignes peruigilat ferroꝙ facis inſpicat acuto. Interea longū cātu ſolata laborē Arguto cōiunx percurrit pectine telas. Tityrus per que dicit Ser. vergiliū itelligi nō vbiꝙ ſed vbi ratio expetit. vt fama eſt vt ſcribit Donat. in vita maronis. Sub mecenate q̄ doctos oīs qui eo tpe erāt fouit. Hinc eſt em̄ ver. hinc hor. hinc pper. hinc alii plures. Canebat altius qḋ mōſtrat velle. Martia.viij.epigrā. Protin⁹ italiā cōcepit ꝛ arma viruꝙ. Qui modo vix culicē fleuerat ore rudi. Rura buccolica Boues ꝛ agros ꝛ rura georgica. Et martia bella eneida pulſabat tāgebat eloquiū fortuna dabat qḋ idē martia.refert ꝛ illud. Sint mecenates nō deerunt Flacce Marones Uergiliūꝙ tibi vel tua rura dabūt. Nos debile vulgus hoc ex iuue. neꝙ em̄ cātare ſub antro pierio thirſuʒ ve pōt ꝛc. Pānoſos pānis obſitos macie affectos famelicos ꝛ fame marceſcētes. Farragine paſtos vilib⁹ cibis quales plu. Aonie que aonib⁹ montib⁹ ſic dicuntur: ſunt aūt in boetia: hec aūt dicit vt perſuadeat facilius opem infelicibus poetis opem ferendam.

* Pānoſ⁹ q̄ ſordida veſte ꝛ craſſo pāno viliꝙ opert⁹ eſt nec hoc niſi ḋ paupe dr̄ Juſti.li.ij.per mutato regis habitu pannoſus ſarmenta collogerēs caſtra hoſtiū ingreditur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Sal. Si ſpata mihi dederit fortuna qd̕ opto,
Candide preſenti te ſollicitudine ſoluam.
Cã. O vtinã ſyluane foret tibi tanta volũtas
Quãta eſt hac etiã tibi tẽpeſtate ✳ facultas
Non ego diuitias coſmi / non ſerica poſco
Pallia / nõ tyrias chlamides / nõ prãdia regũ
Non patinã eſopi fameo: clypeũ ve mineruẽ
Nil opus eſt regis laribus cui ferrea nomen
Tradidit aut (ſi mẽs nõ fallitur) enea barba
Hec me iãpridẽ memini didiciſſe ſub vmbro
Poſtulo veſtitũ: peto victum ſub lare paruo
Certior iſtud opis toti non defore vite.
Sint tibi pythagore mẽſe codriq̃ʒ ſuppellex
Sepe alios qui ſpẽ dederint inuenimus ore
Magnificos: ſed re modicos. tibi fidim⁹ vni
Tu mihi ſi fueris mẽdax preſciditur omnis
Spes: vt ſolſtitio fiam philomela reuerſo.
Mutus ⁊ elinguis ſuſpendere poſtibus arma
Tempus erit clauſoq̃ʒ abigi ſpectacula circo

✳ Tempe ſtãs modo ſignificat ipſum tp̃s ſal. in iug. tempeſta. Eat em̃ ex ercitũ nr̃o fuere com plures no ui ⁊ igno= biles: mõ ſerenũ tem pus. verg. vnde hic tam clara repẽte tem peſtas mõ procellam Pli. hunc diẽ feſtũ tẽ peſtatib⁹ leniendis ferunt in= ſtitutum.

¶ Si ſperata. his motus Syl. opem ſpondet: ſed cũ cõditiõe Sperata de qua ſpecie habeo opto deſide= ro ſoluam liberabo ⁊ eruã a preſenti ſollicitudine et anxietate q̃ te opprimit. O vtinã Syl. Candidus notat arguit em̃ illũ taci= te auaricie ⁊ tenacitas, vo luntas conferẽdi in me be neficia. Facultas poteſtas hac tẽpeſtate pte etiam ſi nil aliud ſperaueris. Non ego diuitias. pſcribit mo= dũ quo iuuari petit. Coſ= mi quãtas coſm⁹ habuit. Eſt autẽ nomen diuitis doctiſſime formatũ. Sunt qui legãt Coſme ⁊ p hũc itelligi velint. Coſmã me= dicẽ florentinũ virum im= primis diuitẽ. Serica po= ſco de ſeribus pli. in. vi. ⁊ Soli. c. lviij. ſũt aut ſeres ſcytharũ populi a quib⁹ nomen habent. Lanificio ſyluarũ nobiles pfuſam aquã depectentes frondiũ caniciem, Ab his veſtes ſericee mittuntur vnd hic dicit Serica pallia. Sunt aũt pallia que palã ſunt: ⁊ ſub q̃bus tunic eſt. Chlamides chlamis veſtis dicitur militaris: ſunt aũt qui dicant veſte que ſuper alias veſtes induitur. Thyria Tyrus quõdã inſula pte alio ma ri ſeptingentis paſſibus diuiſa. Nunc vero Alexandri oppugnãtis oper bus continentis eſt cuius nunc nobilitas cõchilio at purpura cõſtat. Hin veſtis tyrie. i. purpuree autor pli. in. v. Non prãdia regũ tam opipara qui ſunt regum que delitijs defluunt. Nõ patinã eſopi fameo. Eſopus hic tra gicus hiſtrio vt refert pli. palmã ſexcẽtis ſextertijs taxat ſibi condijt in qu poſuit aues cantu aliquo aut humano ſermone vocales minutis ſex ſingu las coemptas nulla alia indutus ſenitate niſi vt ijs mutationẽ hois man daret ⁊ huius quoq̃ʒ filius margaritas deuorauit horũ luxuria ab oibu taxatur. Patinã. patina genus eſt vaſis quo dapes efixe ⁊ turbulẽte in m ſam feruntur. Fameo deſidero vt fameſcẽs. Clipeũ ve mineruẽ. Mineruã refert Cicer. in. ij. de na. deo℞ quinq̃ʒ hec iouis filia inuentrix bellorum pri ceps eſt habita: ob quam rem bellona dicta eſt. Huc armis liniuit oculi toruam haſtãq̃ʒ tenentem longiſſimã cum criſtallino clypeo. Tu tamẽ qu per clypeũ mineruẽ intelligit candidus patinam: eſculẽtorum tam magn quã erat clypeus mineruẽ quo nomine ſolebat vitelli⁹ vt ait. Trãquillu largam patinam dicere: quod quoq̃ʒ videtur dicere dum ait Eſopi patinã Clypeum autẽ dictum vult Plinius in. xxv. lib. cap. iij. quod imagines c tinebat. Non vt peruerſa grammaticorum ſubtilitas voluit a cluendo. D clypeis illum vide ibidẽ. Reperies fortaſſe qd̕ te in hac pte iuuet. Nil op eſt regijs laribus, dicit ſibi non opus eſſe magnifica domo ⁊ capaci pluſ
iuſ

Seres.

Pallia.

Chlamis.
Tyrus.

Eſopus.
Patina.

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

ſuſto quam non debere haberi etiã Cicero precipit in officijs de domio eno
bardi Neronis ad quã alludit hic noſter paſtor. Trãquilus ita. Nõ in alia
re dãnoſior ꝙ in edificãdo. domũ eñ a palatio exquilias vſqꝫ fecit: quã pri=
mo tranſitoriã mox incendio abſumptã reſtitãqꝫ aureã noiauit. De cuius
ſpacio atqꝫ cultu ſuffecerit hoc retuliſſe. Veſtibulũ eius fuit in quo Coloſ=
ſus centũ viginti pedũ ſtaret ipſius effigie tãta laxitas vt porticus tripli=
ces miliarias haberet. Item ſtagnũ magis inſtar circũſeptum edificijs ad
vrbium ſpeciẽ. Rura inſuper aruis atqꝫ vinetis ⁊ paſcuis ſyluiſqꝫ varia cũ
multitudine oĩs generis pecudũ ac ferarũ in ceteris partibus cuncta auro
lita: diſtincta gẽmis vnionũqꝫ conchis. erant cenationes laqueate tabulis
eburneis verſatilibus vt flores ex fiſtulis ⁊ vnguẽta deſup ſpargerent: pre
cipua cenationũ rotũda que ꝑpetuo diebus ac noctibus vice mundi circũ
ageret: balnee marinis ⁊ albutis fluentes aquis. Hec ille. Nõ ergo talẽ do
mũ ⁊ tantã ſibi expetit. Candi. Cui regi Neroni barba ferrea aut enea: hi=
ſtoriã ⁊ huius nois originẽ deſcribit Plutarchus in Paulo Emilio. Tunc
cum Romani Tarquinios Latioſqꝫ profugarent cõſpecti ſunt paulopoſt
ab exercitu venientes viri duo proceris ac venuſtis corporibus ea q̄ in ꝑlia
geſta fuerãt nunciantes creditũ fuiſſe illos Pollucẽ ⁊ caſtorẽ ac primus q̄
obuiauit ipſis in foro equos multo ſudore fluentes ſiccantibus cũ illa que
de victoria nunciabant non crederet ipſis leuiter arridentes barbã ei⁹ ma=
nibus attrectaſſe dñr: ⁊ ex fuſca in flauã cõuertiſſe ꝑ hunc modũ ⁊ aſſertiõi
ſue fidẽ ⁊ viro cognomentum enobarbi fecerũt ſi mens nõ fallitur; hic ex de=
coro additũ. Hec de domo magnifica neronis ⁊ enobarboꝝ familia. Sub
Vmbro de quo ſupra ſatis multa: ex quo intelligi põt ſub hoc Candi. lite=
ris inſudaſſe. Poſtulo veſtitũ mediocrẽ. Victũ nõ opiparũ vt ſupra dixit ſub
lare paruo domũ eñ magnificã ſupra recuſauit. Hic ad Euſtochiũ diuus
Hiero. ait habẽtes autẽ victũ ⁊ veſtitũ his cõtẽti ſimus. Certior iſtud opis
aut victũ aut veſtitũ. Nõ defore nõ defuturũ ⁊ qđ non deerit. Sit mihi Py Pythagoras.
thagore menſe. Pythagorã dictũ volunt qđ non minus pythio vera loque
retur. Fuit hic Samius qui tyrãnos peroſus hinc Crotonum vt Naſo re=
fert magne grecie vrbẽ profectus celeberrimeqꝫ philoſophiã profeſſus eſt
deterrere ab carnium vſu hic conatus eſt dicente Ouidio. Parcite mortales
dapibus temerare nephandis Corpora ⁊c. Et Laertius in octauo ſcribit
Pythagoras animatis abſtinere iuſſit exercẽs ac aſſuefaciens mortales ad
faciliorẽ victum: vt ſcibos ſemper parabiles haberẽt quibus igne ad coquẽ=
dum opus non eſſet: quiqꝫ aquã ſimplicẽ biberent: hinc ⁊ ſanitatẽ corpori ⁊
ingenij acumen acquiri. Menſe ergo tenues cibi ⁊ ſimplices. Codriqꝫ ſupel
lex. Codrus hic pauperrimus poeta fuit cuius ſupellectilẽ recenſet Iuue= Codrus.
nal. iij. ſatyra dicens. Pectus erat Codro Procula minor vrceoli ſex. Orna
mentũ abaci necnon ⁊ paruulus infra Cantarus ⁊ recubans ſub eodẽ mar
more chirõ iamqꝫ vetus grecos ſeruabat ciſta libellos. Hec tñ oia ſumpta
vident ex. j. ſermonũ. Horatius ſatyr. autẽ. vj. Inde bonũ me Ad porri ⁊ cice
ri refero langaniqꝫ catinũ: Pena miniſtrat pueris trib⁹ ⁊ lapis albus. Po=
cula cũ cyatho duo ſuſtinet aſtat echinno. Vitis cũ pathera gutthus cam
pana ſupellex, Spem dederint. De ſpe ait Ouidius in arte. Spes tenet in Spes.
tẽpus ſemel eſt ſi credita longum. a quidem fallax: ſed tamen apta dea. Et Philomela.
Tibullus. Sed credula vitam ſpes nec ⁊ melius cras fore ſemper ait. Ore
magnificos qui multa ꝑmitterent. Sed re modicos: vt qui nil poſt confer=
rent. Tibi o ſyluane. Mendax vt non iuues vt promiſiſti. Spes viuendi ⁊
canendi. Vt fiam velut philomena. De hac Pliñ. in. x. nature. cap. xxix. Et
ariſt. de natura aialiũ dicens. Luſcinia canere ſolet aſſidue diebus ac nocti
bus quindecim: cũ ſylua fronde incipit opacare. Dein canit quidẽ: ſed non



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aſſiduo: mox adducta eſtate vocē mittit diuerſam nō inſuper variā aut celerē modulatā q; ſed ſimplicē: apparet nō diu abdit eñ ſeſe: ⁊ latet. Solſtitio ꝑ adulta etate expone. Eſt autē ſolſtitiū eſtiuū. viij. kalendas Julij: quo tēpore remeare ſol ad inferiores incipit circulos autor Seruiꝰ. Mutus vt nil canā ⁊ velut. Elinguis ſine lingua. Suſpēdere poſtibus. Templi muſarū ⁊ apollinis. Qđ ſe coridō facturū apud Uergiliū in ſeptima minat̃. Aut ſi non poſſumus oēs hic arguta ſacra pendebit fiſtula pinu. Solebant illa ſuſpendere veteres cū ſibi rudē ſumebāt nolebant q; amplius illa exercere. Arma inſtrumenta muſica Cytharā fiſtulā ⁊ alia id genꝰ. Et tempus erit abigi expelli pro abigēdi. Spectacula. Spectacula ſunt modo que ſpectantur modo loca vbi eduntur illa modo ſpectatores ipſimet in quo ſignificato hic capitur. Circe. Theatro improprietatem hic pro illo capitur: eſt enim Circus locus muris ſeptus in quo equi pugiles q; quondā exercebantur et qualē deſcribit Uerg. in. v. eñ. Hoc pius Eneas miſſo certamine tendit.

Solſtitiū.

Sepectacula.

Syl. Candide vidiſti romā: ſancti q; ſenatus
Pontifices: vbi tot vates: vbi copia rerum
Tantarum: facile eſt illis diteſcere campis:
Cā. Deciperis me velle putās diteſcere: veſci
Et lupꝰ omne animal crudis exiſtimat eſcis
Tu q; putas alios quo te pede claudere paſſū.
Non ego ditari cupio: ſed viuere paruum.
Fac habeam tenuem ſine ſollicitudine victū.
Hoc contentus eam: romana palatia vidi:
Sed qđ Roma putas mihi ꝓderit o ſyluanꝰ
Occidit Auguſtus nunq; rediturus ab orcho
Si qđ Roma dabit: nugas dabit: accipit aur
Uerba dat: heu rome nūc ſola pecūia regnat.
Exilium virtus patitur: ſperare iubemur
Undiq; ⁊ in toto vates ſpe paſcimur orbe.

¶ Candide vidiſti Romā.

Hic Bapt. nil aliud docet ꝙ qđ Juue. in eo loco. Accipe nunc artes ne qđ tibi conterat iſte. Quē colis ⁊c. vt eñ illic Saty. diuitū mores narrat ita hic noſter. Ea eñ nōnūq; calliditate diuites vtūt̃ vt alios remittant ne qđ cōferant. Unde nil daturꝰ ſyluanꝰ ad ſanctū ſenatū quē cardinales repreſentāt cādidum remittit. Itaq; dicit. Romā hāc Romulū cōdidiſſe nemo eſt qui neſciat: ſunt tñ ſup hac re diuerſe ſnie quas refert Feſtꝰ Pōpeius in dictiōibꝰ incipiētibus ab. R. Sācti q; ſenatus de cardinaliū pontificū q; collegio intelligit q̄ nunc ſenatū cōſtituūt. Un ſanctum addidit. Eodem nomine vtitur in parthenice mariana. Inditio nedum ſancti damnata ſenatus. Ut autem a romulo priſcus ille ſenatus conſtitutus ſic docet Liuius in. j. lib. prime deca. Dionyſius dicit vnum a rege in ordinem aſcitum cui cum ipſe belli cauſa abeſſet res vrbana tuto credi poſſet. Ceteros eius permiſſu legit multitudo ipſa vt ſingule tribus ſingulos terniones darēt. Triginta deinde curie tris ſingule ex ſuo corpore crearunt. Pontifices ſummos ſacerdotes intelligit puta cardinales patriarchas epiſcopos ⁊ alios eiuſdem generis. Dictos autem vult. Q. mutius Sceuola a poſſe ⁊ facere: ſed ea denominatio a marco varrone haud ſatis probari videtur. Nam ⁊ a ponte ⁊ a fano pontifices appellatos putat eo quod his primum Pons ſublicius factus ac ſepe reſtitutus eſſe perhibeatur. Autor feneſtella. Ubi ſunt tot alij vates poete qui illos ſequuntur. Copia. abundantia. Rerum diuitiarum ⁊ opum. Facile eſt diteſcere diuitias parare. Illis campis vbi ſenatus eſt. Deciperis Uerba. Candidi excandeſcentis in Syl. Deciperis falleris: ſed ſi ita putas res mira nō eſt.

Roma.

Senatus.

Pontifex.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Nam lupus qualis es, tu:es enim rapax.Quadrupedum inquit Philoſophus:que animal generant Syluestres eedēꝙ ferrate dentibus carne oēs veſcuntur niſi qđ lupos aiunt terrā quādam cū eſuriunt edere: hoc igitur peculiare luporū ſit:herbas aūt non alio tēpore tangunt nicum morbo laborant:lupi aūt hominē illi potius petunt,qui inertes ⁊ vnice equidē ſunt ꝙ qui venatores.De lupis plura.Plinius in.viij.Exiſtimat putat: qꝛ illis paſcitur.Omne aliud animal.Veſci viuere ⁊ paſci.Eſcis carnibus crudis. Tuꝙ putas alios homines claudere:paſſum eo pede quo tu claudis.i.credis eādē habere voluntatē acquirēdarū diuitiarū quā tu habes.Non.ego ditari cupio.Suam voluntatem manifeſtat candidus. Unde Ouiđ.in arte ait.Nec nos ambitio nec nos amor vrget habēdi.Cōtempto colitur lectus et vmbra foro.Sed viuere paruo.paucis eñ contenta natura eſt.Tenuem nō opipare paratū ſed mediocrē.Sine ſollicitudine anxietate ⁊ curis.Hoc contentus eam victu tenui. Romana palatia dicit ſe romā ſanctiꝙ ſenatus pontifices vidiſſe.Qđ dicit palatia.Palatiū mons rome appellatus.eſt qđ ibi pecus paſcens pallare conſueuerit vel qđ pallare ideſt errare pecudes ſolerent:vel qđ ibi hyperborei filia palanto habitauerit que ex hercule latinū peperit:alij candē qđ pallas ſepultus ſit exiſtimant appellari.Author Feſtus Pompeius.Sed quid putas mihi roma proderit etiam ſi ad illā redeam.Auguſtus de Octauio Auguſto Ceſare intelligit qui doctus doctos omnes fouit ⁊ precipue Uergiliū:vt ſcribit Donatus. Hic Octauij ſenatoris filius maternū genus ab Enea per Juliam familiam ſortitus eſt iulij ceſaris nepos quē ille teſtamēto heredē reliq̄t ⁊ nomen ſuū ferre iuſſit: author Entropius.De cui9 doctrina ⁊ ſtudijs eloquētie Tranquil.Nunꝙ rediturus ab orcho vt viuat.Reſurget aūt vt et alij in extremo iudicio. Ab orcho inferis quib9 orchus.i.pluto preeſt.Si quid roma dabit mihi Nugas dabit res ⁊ verba nullius momenti.Nā accipit roma aurū ex tot q̄ illuc confluunt.Ut iam merito dici poſſit illud Propertij aurū omnes victa iam pietate colunt.Auro pulſa fides auro venalia iura Aurū lex ſequit̄ mox ſine lege pudor.Et Ver.quid nō mortalia pectora cogis auri ſacra fames.verba dat hoc eſt qđ dicit nugas.Poſſumus etiā dicere vt alludat ad reſcripta que dantur rome cū expetuntur eccleſie.i.beneficia.datur eñ multum auri recipitur ſepenumero parum commodi.Heu rome ſola pecucia regnat.de quo queritur Juue.Uincant diuitie ⁊ poſt.Qñquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarū Maieſtas.Unde Horati9 pecuniā reginam vocauit ad Numicium ſcribens Scꝫ vxorē cum dote fidēꝙ ⁊ amicos.Et genus ⁊ formam regina pecunia donat.Exiliū virtus patitur.qđ docet Naſo.in meta.Protinus irrupit venīe peioris in euum Omne nephas fugere pudor vtrunꝙ fideſꝙ in quorū ſubiere locū fraudeſꝙ doliꝙ inſidieꝙ ⁊ vis ⁊ amor ſceleratus habendi.Et heſiodus interprete Nicolao Val.Paulſa genuit bonitas illum venerabitur orbis.Cui mala mens ſuadet fera crimina ſperare iubemur vndiꝙ nil tamē recipiendo.Uates nos poete ⁊.i.expo. Nota.

Syl.Dic pugnas:dic geſta virū:dic p̄lia regū
Uertere ad hos q̄ ſceptra tenēt q̄ regna guber (nant
Inuenies:qui te de ſordib9 eruat iſtis.
Cā.Inueniā qui me derideat:⁊ ſubſannet.
Tempeſtate iſta reuerentia tanta poeſi
Quāta lupanari:quid me ſyluane laceſſis?
Syl.Nō decet obſcenis vatē prorūpere vbis.

¶ Dic pugnas.Conſulit Candido Sylua.magna aggredi q̄ reb9 charus ſit. Uñ hoc credā,ex Horatio ſumptum cui conſulebat ita.Aut ſi tātus amor ſcribendi te rapit aude Ceſaris inuicti res dicere:multa laborū.Premia latur9. Dic geſta res geſtas.Dic

Verſus ſpondaic9



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

**Cā. Non poſſum nō vera loq̄:ſi vera taceri.**
**Forte velis:leuibus me parce laceſſere dictis.**

eane. Uertere ad hos ma=
gnates. q̄ ſceptra tenent q̄
regnant hoc fortaſſe dicit:
q̄ vt ſcribit Ouid. Cura
ducū quondā fuerant regūq; poete. Inuenies aliquem, Eruat amoueat et
auferat. Sordibus quas dicis te pre inopia pati. Inueniam in contrarium
declamat Candidus. Me derideat illudat non qui eruat vt tu dicis. Et ſub=
ſannet ſannas in me torqueat ⁊ ſubſannationes:in quam ſententiam illud
Naſonis dici poteſt. Nam q̄q̄ ſoli poſſunt prodeſſe potentes. Non proſunt
potius plurimum obeſſe ſolēt. Tempeſtate iſta reuerentia tanta poeſi quā=
ta lupanari. Cicero in. j. Q. tuſculanarum refert poetas ſero a romanis vel
cognitos vel receptos honorem inquit huic generi non fuiſſe declarat ora=
tio Catonis in qua obijcit vt probum Marco nobiliori quod in prouinciam
Poema. poetas duxiſſet:duxerat autem conſul ille in etholiam vt ſcimus Ennium
Poetice. quo minus ergo honoris erat poetis eo minora ſtudia fuerunt. Hoc ille.
Poeſis. hoc non ad hec tempora duraſſe conqueritur candidus q̄ autem venera=
bilis poeſis ſit docet Strabo in. j. inquiens. Antiqui poeticam primam phi
loſophiam quandam eſſe perhibent que ab ineunte nos etate ad viuendi
rationes adducit que mores que affectiōes edoceat. Quāobrē grecorū ciui
tates ab ipſo primordio eorum liberos in poetica erudierunt non nude de=
niq; voluptatis ſed moderationis gratia. Hec ille. et multo plura ſi apud
illū vide. Diſtat autem poetice a poemate ⁊ poeſi quod poetice ars ipſa in=
telligitur. Poema aūt pars opis vt tragedia. Poeſis contextus ⁊ corpus to=
tius operis effecti vt Ilias odiſſea Eneis author Diomedes. Lupanari
proſtibulo ⁊ meretricum luſtris. Laceſſis ſtomachum moues hec dicen=
do. Non decet obſcenis. Corripit Syl. Candidum quod hec impudice locu=
tus ſit quod profecto poetam non decet quod exacte docet hic idem noſter
baptiſta in eo opuſculo:quod contra impudice ſcribentes inſcripſit. Pro=
rumpere ſtomachari obſcenis turpibus et infamibus. Non poſſunt non.
Uerba ſunt Candidi fieri non poteſt quin quod verum eſt dicam: quia ve=
ritas inquit Hiero, angulos nō amat:nec querit ſuſurrones. Taceri non di=
ci. Parce noli. Laceſſere irritare. Leuibus contumelioſis: quia verba mo=
uent animum. Utile conſilium ſe excuſat Syl. Conſiliŭ locuplex mihimet
inquit. Candi. ſatis ſapio ſed ſum indigentiſſimus. Qui pugnas. Utile cō=
ſilium hoc non eſſe contendit. Nam qui quomodo ⁊ acerbe repetit ſyluani
verba. Inops omnium rerum egenus. Quia nec enim cantare ſub antro
Pierio tyrſumve poteſt ⁊c. Cui nec quod miſerrimum eſt ⁊ hoc paſtorie:ſed
tamen apte fieriq; foramina:nam ad melodiam et concentum multifores
faciunt fiſtulas Aſpice. rem probat. Ut manubria capulus ſint ſupple la=
xata diſſoluta laxa Clauis quibus manubria compacta ſunt. Excuſſis de
loco ⁊ foraminibus amoris ⁊ reiectis pre nimio vſu. Ut dētata acies gladij
acumen ſit velut dentibus reſperſum. Ueteriq; ideſt ſerre inſtrumēto den=
tato quo fuſtes nūc materiarij interſecare ſolent hāc repetit Perdix dedali
ex ſorore nepos. Unde dicit in. viij. met. Naſo ille etiam medio ſpinas in pi=
ſce notatas Traxit in exemplum ferroq; incidit acuto. Perpetuos dentes:⁊
ſerre reperit vſum. hoc leue damnum eſt puta cultri aciem dentatam eſſe.
Sed menſe tibi ⁊ potius quorum egentiſſimus ſum.

**Syl. ¶ Utile conſiliū pſtare: laceſſere nō eſt.**
**Cā. Cōſilijs locuplex ego ſum:pauprim⁹ auri.**
**Qui pugnas:qui geſta virū:qui prelia regū.**

¶ Utile cōſilium qđ dixit
ſylua. ſed vtile cōſiliū da=
re diſtulit Cādi. Nā vtile
firmat mētē habilitat ꝯtra
inutile. Frangit ita vt nūc

Dicet inops vates: cui nec quo fiſtula * poſſit
Aptius incidi: fieriqꝫ foramina / culter.
Aſpice vt excuſſis laxata manubria clauis:
Et dentata acies: veteriſqꝫ ſimillima ſerre:
Hoc leue: ſed mẽſe graue ꝛ intolerabile dãnũ.
Utile conſilium firmat: ſed inutile mentem.
Frangit ꝛ extenuat vires: animũqꝫ retundit
Magnates daꝛ pua pudet daꝛ magna recuſãt
Adde qꝺ et noſtri curant ita carmina reges.
Et frondes aquilo: mare lybs: vineta pruine
Ipſi ad delitias reges: et ad otia verſi.
Qꝺ celebrãt laudari optãt: hic carmĩa manãt
Perdita: de ſtudio veneris de ſcurrilitate.
De ganea: de * ſegnitie: de iſamibus actis
Que caſtũ capitale nephas celebrare poetã

maxime ſe irrideri putẽt: cũ cõſilium vanũ eſt. Extenuat diminuit vires, animi cũ illuſus manet. Animumqꝫ retundit ab labore deterret et repellit repercutiendo vel retũdit obtuſum reddit. q2 Virtutẽ q̃s amplectit ipſam p̃mia ſi tollas. Magnates aliud diluit: puta inuenies q̃ te de ſordib⁹ ꝛc. Magnates diuites ꝛ reges dare pua: modica: q2 magnos magna decẽt. Et dare magna recuſant ꝛ ſic nil omnino conferũt. Ut aũt dare oporteat. Cicero de officijs. liberalitatis te docebit. Adde qꝺ aliud addit Cãdidus ſed ſatyrice. Inuenit eñ contra diuites acerbe: ita curãt id eſt tam paruifaciunt aquilo. hic boreas grece vocatur. Dictus eſt autem aquilo latine ab vehemẽti aquile volatu. Hic oriri dicit a plinio a parte que eſt inter ſeptẽtrionẽ ꝛ exortũ ſolſtitialẽ. Diſcutit hic arborũ frondes ꝛ nudat Lybs hic africus etiã ꝛ nothus dicit procelloſus: agenſqꝫ tẽpeſtatẽ ab occaſu brumali fiat: vt refert Plinius. Pruine que dicte ſunt qꝺ fruges ꝛ virgulta perurãt. nocẽt ergo vineis. Eſt autẽ imitatio Vergiliana. hic tantũ Boree curamus frigora quãtum aut numerum lupus aut torrẽtia flumina ripas. Ipſi reges. Eſt autẽ ratio eorũ que dixit. Ad delitias voluptates quibus ſolis indulgẽt. Et otya deſidiã que vitiorũ mater eſt. Optãt reges laudari deſcribi ꝛ afferri. Qꝺ celebrant agunt, voluptatibus deditꝛ ꝛ otyo: hinc eſt: q2 illud laudari optant, Hinc carmen poeſes vane epigrãmato elegie. Manãt fluunt ꝛ procedunt. Perdita: vana ꝛ ſtulta: de ſtudio veneris: qꝺ reprehendit Baptiſta contra impudice ſcribẽtes. Studio amore: ſtupris adulterio Scurrilitate: dicacitate ſcurrilitate ꝛ ſordida: q̃s vt ſcribit Tranquillus laborabat veſpaſianus. Erat enim dicacitatis plurime: ꝛ ſic ſcurrilis ab ſordide vt ne pretextatis quidem verbis abſtineret: de Ganea. Gãea loc⁹ eſt vinolẽtie gule ea libidini apt⁹. Accipitur nõnunq̃ vbi cibaria guloſorum eſculenta concinãtur: ꝛ pro ipſa ingluuie ꝛ cibarijs quare hic dic de Ganea guloſitate ꝛ voracitate: de ſegnitie his que ex deſidia ſequuntur ꝛ manant: qualia ſunt ſtupra libidines ꝛ cetera id genus. Infamibus obſcenis ꝛ turpib⁹ actis factis. Que omnia ſupradicta caſtũ pudicum ꝛ honeſtum. Eſt nephas capitale quaſi capite puniẽdum: quod docet id idem contra impudice ſcribentes. Hoc decus hoc animis carmen celeſtibus aptam. Rebus in immundis degenerare nephas ꝛ alia.

* Fiſtula inſtrũm muſicũ quĩ flatu canit cui⁹ p̃ã dr̃ iuẽtor fuiſſe. Vg. ĩ buc co. Septẽ ꝯpacta cicutis fiſtula.

* Segnities ſiue ſegnitia tarditas neſligentia ad agẽdũ Terent. in An. Enim vero daue nihil loci ſegnitie ſiue ſocordie ſegnities qñqꝫ dr̃ in iucũditas Pliñ. hinc negligẽtia cultorum: hinc agrorum ſegnities.

Boreas.
Aquilo.
Lybs.
Pruine.

Atq̃ dura manu geſſerunt bella potenti
Fortiter vtentes ferro: nõ molliter auro
Dilexere graues muſas: heroica facta.

¶ Atqui. dictio eſt aduerſatiua dura: horriga forti ter vtentes ferro: vt fortitudo bellica expetit. Non molliter auro qꝺ dedecere ait. Pirrhus apud Ci-

Virtus a viro dicta eſt.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui faciunt reges/ heroica carmina laudāt
At ceſſere viri fortes: ꝛ maſcula virtus:
Dicendi altiloqui nihil inuenere poete.
Occidit ingenium vatum: ruit alta poeſis.
At ſi forte aliquis regum gerit aſpera bella
Et decus armorum ſtudijs: belloqꝫ parauit.
Nil genus externū: venturaqꝫ ſecula curat.
Laude ſue gentis ſatur: ꝛ preſentibus annis.
Barbar⁹ ē: neqꝫ carmē amat: vel auar⁹ ī auro
Mergit̄: atqꝫ mide curis flagrātibus ardet.
Eſt ꝛ apud reges rudis/ inuida/ ruſtica turba.
Mim⁹*: adulator: leno: aſſentator: adulter:
Hiſtrio: ſcurra: quibus virtus odioſa: poetas
Mille modis abigūt: vt qñ cadauera corui
Inuenere: fugant alias volucreſqꝫ feraſqꝫ.

cerone. Nec mi aurū poſco: nec mi preciū dederitis. Nō cauponētes bellū: ſed belligerātes ferro: non auro vitam cernami⁹ vtriqꝫ. vos ne velit an me regnare hera: quid ve ferat fors virtute experiamur. Et auro quo pugnat̄ etiā dicente. Oui. Iamqꝫ nocens ferrū ferroqꝫ nocētius aurū. prodierat. prodit bellum qd̄ pugnat vtroqꝫ dilexere graues muſas. vt de Auguſto Ceſare ſcribitur. Et Alexādro ſiquidē alter Uergiliū fouit: Alter inter ſpolia Darij p̄clarū regis vnguentoꝝ ſcrinio capto qd̄ erat auro gemmiſqꝫ ac margaritis p̄cio ſum: id librorū Homeri cuſtodie dedit: vt precioſiſſimū humani ingenij opus q̄ maxime diuite opere ſeruaret̄. Idē pindari vatis familie penatibuſqꝫ iuſſit parci. cum Thebas reparet autor Pli. in. vij. Heroica facta qui faciūt reges. Unde heroon nomen tractum ſic docet diuus Augu. in. x. de ciuitate dei. Nomen heroon a Iunone dicit̄ tractum qd̄ grece Iuno hera appellat̄. Et ideo neſcio quis filius eius ſcd̄m grecorū fabulas heros fuit nūcupatus. hoc videlicet myſticum ſignificante fabula. qd̄ aer Iunoni deputaret̄ vbi voluit cum demonibus heroas habitare quo nomine appellāt alicuius meriti animas defunctorū. Hinc appellari poſſunt clariores viri heroes ꝛ femine heroides ꝛ preclara eorum facta heroica. hinc eſt carmen heroicū. Carmina heroica laudant ſuſpiciunt ꝛ admirant̄ colūt ꝛ venerant̄. Uerſum autē heroicū: vt refert Pli. in. vij. pithio oraculo debemus. Eſt autē altiloquus quo ardue materie deſcribunt̄ quali vſus eſt maro in Eneide ꝛ pleriqꝫ alij. At ceſſere viri fortes heroici fato ſublati ſunt. Et maſcula virtus q̄ ex viro appellata eſt. Eſt autē virtus affectio animi conſtans cōueniēſqꝫ laudabiles efficiens eos in quibus ineſt: autor Cicero in. iiij. tuſcula. ꝛ lib. v. inquit. Bonū aūt mētis virtus eſt. ergo hāc vitā beatā cōtineri neceſſe eſt: hinc omnia q̄ pulchra ꝛ honeſta ꝛ preclara ſunt virtuti aſcribunt̄. Et Greg. in quadam omil. ait. Uirtutē eſſe operis boni perſeuerātiā. Uiri aūt ꝓpria virtus maxime eſt fortitudo. Dicendū qd̄ canerēt. Altiloq̄ heroici itaqꝫ occidit perit actis qui deſcribant ceſſantibus. Ingeniū vis poetice ingenita. Ruit perit ꝛ perdit. Poeſis. de qua ſupra. Alta clara ꝛ venerāda. Ac ſi. forte diluit Candidus qd̄ obijci poterat. Cur non ergo ad illos verteret̄ dicit fere nullos eſſe qui eternitati preclaris carminibus dari curāt modo. Aſpera bella que ſupra dura dixit. Et parauit. Decus ſibi acqſiuit ornamentū ꝛ virtutis honorem. Studijs amorū. i. in armis ꝛ bellādo. Nil genus extremū curat nō ſui memoriā ꝓpagare ſtudet: ꝛ ab exteris genteqꝫ extera laudari. Uenturaqꝫ ſecula: quibus illius ꝟtus p̄dicat̄. vnde dicit Prop. in. ij. Omnia poſt obitū fingit maiora vetuſtas. Maius ab exequijs nomē i ora venit. Quādo ꝛbē p̄ſ‑ſit Sallu. in catilinario ſcribēs. Sꝫ multi mortales dediti vētri: atqꝫ ſo-

Compatio

Heros.

*Mimus officior latine: q vel intra vl extra ſcenā geſticulationes exercet: imitaturqꝫ dicta factaqꝫ moreſve hominum ꝛ naturā quaſi ſol⁹ imitet̄. a mimeonai des inquit qd̄ ſignificat imitor

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

no indocti: inculti vitã ſicut pegrinãtes trãſierũt. ꝛc. Quis dixit. Memoriã
noſtri q̃ maxie lõgã efficiẽdũ. Laude ſue gẽtis: pterranee: ꝛ pſentib⁹ annis
q̃bus viuunt. Eſt aũt antitheton. Nã laude ſue gẽtis oppoſitũ eſt illi gen⁹
externũ. Et pſentib⁹ annis. Uenturaq ſecula. Barbarus eſt ille rex ꝛ qđ di
xit Sallu. incultus ꝛ indoctus. neq carmẽ amat. Qđ inſcite facit. Nã vt re=
fert Naſo in. iiij. de ponto. Scripta ferũt annos ſcriptis agamennona no=
ſtri. Et quiſq̃s cõtra vel ſimul arma tulit. In auro mergitur: auro incubat.
Ardet eſtuat curis. mide auaritia: ita q ſolis eſt intẽtus diuitijs parãdis.
De Mida poſt dicet. Et apud reges aliã rõnẽ affert cur locus nõ ſit poetis
inter potẽtes. Eſt apud reges in prepotentũ cõtubernio. Turba hominũ q̃
illi ſtudẽt inſeruire rudis nullius ingenij ꝛ inculta. Inuida q̃ aliorũ felicita
ti inuidet. Ruſtica barbara ꝛ q̃ doctrinã nõ amat. Mimus diſtribuit ꝛ parti
tur qđ in genere dicit. Eſt aũt mimus hyſtrio q̃ amores geſtus ac naturas
hominum imitetur. Eſt etiam mimus ſermonis cuiuſlibet ſine reueren=
tia vel factorũ cum laſciuia imitatio adulator q̃ quoquo modo vel voce vel
geſtu fauorẽ querit de quo diu⁹ Hiero. ad ruſticũ. Ne credas laudatoribus
tuis immo irriſorib⁹ aurẽ ne libẽter accõmodes q̃ cũ te adulationib⁹ foue=
rint ꝛ quodã modo impotẽs mẽtis fecerint ſi ſubito reſpexerint aut ciconia
rum deprehendes poſt te colla curuari ac manu aures agitari aſini aut
eſtuantem canis protendi linguã. Leno qui meretriciariam artem exercet
adoleſcentulos alliciendo puellaſq vendicando aut huc illuc deducẽdo.
Aſſentator qui voce vel laudando vel aſſentiendo fauorem captat de aſſen=
tatione Cicero in. iiij. ad Herennium ſcribit. Habet aſſentatio iucunda pri
cipia eadem exitus amariſſimos affert. Adulter qui aliena cõnubia ſecta=
tur. Hiſtrio ludio qui perſonatus in penaꝫ comedias ad tragedias agebat.
Pro mimo etiam hic capi põt. Scurra qui turpiter iocando vitiorum do=
mos ſectatur. Quibus virtus odioſa Ariſt. prob. ſectione. xxx. petit. Cur ge
nus id hominum quod dionyſiacos technitas. i. artifices bacchanales aut
hiſtriones appellamus improbis moribus eſſe magna ex parte conſueue=
runt qui reſpondet an qꝛ minime ſeſe ſtudio ſapientie dedunt eo ſcꝫ quod
in artibus neceſſarijs magnam etatis ſue partem conſumunt vitãq pluri=
mum traducunt incontinentem partim etiam cũ inopia quod quidẽ vtrũq
vitia ꝛ gignit ꝛ auget. Poetas mille modis abigũt ex potentum conuerſa=
tione velut ex preda ſi quã nacti ſunt. Hec autem cuncta in poetarum lau
dem dicta ſunt ſi quidem poeta ſeuere rem recenſet quod non facit mimus
ꝛ adulator honeſtatis amator quũ reſpuit leno. Uera que ſunt ꝛ virtutem
laudet quod non aſſentator caſtitatis ꝛ pudicitie affectator quod non adul
ter dignitatem ſeruet quod non hiſtrio. Nõ laſciue petit enutriri ꝛ domos
gule cauſa iactari quo ſcurra laborat. vt quando per ſimile rem monſtrat.
Cadauera quibus paſcantur corui de quibus pliñ. in. x. c. xij. ꝛ. c. lxxiiij. di=
cit coruum ꝛ miluum diſſidere illo preripiente hinc cibos. Uolucres et
miluum. nam vt inquit Ariſtote. in. viij. de natura animalium. Carniuora
etiam ꝛ oppugnantur a ceteris auibus ꝛ ipſa cum ceteris pugnant. Et
miluum cum coruo diſſidere etiam dicit. Eripit enim miluus a coruo quic=
quid tenet vt qui vnguibus ſit preſtantior ꝛ volatu ita ſit vt eos quoq vi=
ctus ratio faciat inimicos. Feraſq minores carniuoras inter quas diſſi=
dium eſt.

**¶ Sunt etiã vates quidã ſine lege * petulci**
**Qui ſine lege alti: ſine preceptoribus audẽt**
**Quicquid amãt reges (ꝛ amãt infamia ſolũ)**

¶ Sunt etiam vates. Ter
tiam affert rationem cur
inter prepotentes poetis
locus nõ ſit hancq partẽ
in verſificatores non poe=

Cõtra q̃s ſcripſit li=
brũ. b. m.
* Petul=
cus laſci=
uus. Uer=
gi. hedicq
petulci: vñ
meretri=
ces quoq
petulcas
veteres di
xerũt. ape=
rendo.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Scribere: nam vates etiā dementia vexat.
Hi ſe / neſcio / qua mentis leuitate poetas
Eſſe volunt poſtꝗ̄ triuialibus ora cicutis
Applicuere ſibi applaudūt ſua carmīa iactāt
Inſulſi illepidi: indociles: improuidi inepti

ras intorquet. Sine lege ſine morū norma ꝛ relicta ꝓbitate ·petulci petulantes. Libidinoſi laſciuiq; vt qui ſcribāt que celebrari optant reges qđ poſt dicet. Sine lege aliti ꝛ poetis educati q̄ vim ꝛ poetice decorū minime percipiunt. Sine preceptoꝛibꝰ. vñ artiū certitudinē dubiā habēt. Sed vt inquit diuus Hiero. ad Paulinū ſcribēs ingeniū docile ꝛ ſine doctoꝛe laudabile eſt quale nō habēt quos hic Bap. taxat contra quos ſcribit etiā in epologetico dicēs duo ſunt gñā poetarū vnū eoꝛū qui paulo vltra prima grammatice rudimenta prouerti quos ſciobes Hier. appellat adeo ſibi placēt vt audaci preſumptione ſibi polliceantur mātuane gaudia palme hi ſunt de quibꝰ Augu. inquit libro de doctrina chriſtiana hec ſiliqua intra dulce tectoꝛium crepitantes quatit lapillos hi ne parum ſed multa ſcire vidētur ſcriptura fractā irrident quicquid Maroniano vel Ciceroniano caret lepoꝛe dedignantur liberaliū artiū expertes ſola auriū delectatione trahuntur audent ꝛ contra catholicam veritatem aliquando ſentire ꝛc. Audent ſolum ſcribere quicquid amant reges. Et etiam ſi amāt infamia que non debere ſcribi a poeta caſto ſupra docuit. Nam vates etiā non ſolum qui talia amant ſtulti ſunt ſed etiam qui illa ſcribunt. Dementia vecoꝛdia quedam hi poete tales. neſcio qua leuitate mentis qua ſtultitia ducti. Volunt ſe eſſe poetas: poſtꝗ̄ applicuere oꝛa ſua cicutis fiſtulis. Triuialibus rudibus qualibus vtuntur ruſtici in triuijs cum piratariā celebrant. Manifeſtius de hac re loquitur Hora. in. j. ſermonum ſaty. iiij. ſcribens. Neq; enī concludere verſum dixeris eſſe ſatis neq; ſi quis ſcribat vti nos ſermoni propioꝛa putes hunc eſſe poetam ingenium cui ſit cui mens diuinioꝛ atq; os magna ſonaturum des nominis huius honoꝛem. ſibi applaudunt ſibi fauent. ſua carmina que mala ſunt iactant laudant. Quod docet Hora. ad iulium floꝛum ſcribens. Ridentur mala qui componunt carmina: verum gaudent ſcribentes ꝛ ſe venerantur ꝛ vltro. ſi iaceas laudant quicquid ſcripſere beati. Inſulſe ſine ſermonis ſale quo carmē reſpergi debet. Illepidi. ſine venuſtate verboꝛum quam ſemper obſeruare debēt. Indociles qui diſcere nolunt atq; vicia coꝛrigere ꝛ emendare quod laboꝛ hic vt inquit Oui. in. iiij. de ponto hic ꝙ̄ ſcribere maioꝛ. Improuidi neſcientes quā praua exempla dent. Inepti nullis ad vnguem ſcribendis rebus acti quos taxat perſius in prima. Ecce modo heroas ſenſus afferre videmus ꝛc. apud illum.

* Ambages verborū circuitꝰ dñr ver. li. ij. geoꝛ. Nō hic te carmine ficto atq; per ambages ꝛ longa exoꝛſa tenebo. Nota. Idem ait Hora. o ciues ciues querenda pecunia primū eſt virtꝰ poſt nummos.

¶ Qui ſolet. Quid eſt qđ poete tentantur docet dictis illoꝛum indoctoꝛum vitijs. Prepotens aut diues ambagibus carminibus vanis ꝛ verboꝛum inculcationibus. Aures vacuas curis ſolutas ꝛ delectationi intentas ver. Cetera qui vacuas tenuiſſēt carmina mentes: in vitiū cōmune putat. Propterea inſurgit Bap. in opuſculo

Qui ſolet his vacuas ꝓbere * ābagibꝰ aures
Id vitium cōmune putat: doctiſq; reſiſtit
Vatibus: at vero indoctus: diſcernere falſum
Sy. Cādide ſi ſupos: ꝑ olympica numīa iuro
Me tibi (ſi venti veniāt ad vela ſecundi)
Laturū auxilium: melioꝛa in tempoꝛa viueꝰ
Nec pauliſper adhuc mecū ſperare recuſa
Cā. Si mihi ſic optas tibi ſit ſyluā·c ꝙ optas

Syl. Opto eadē dictūꝫ fides nō ſera ſequat.
Cā. Uade malis auibꝰ nūꝙ̄ rediturus auare.
Et facias ſubito quicquid tractaueris aurum
More Mide quādo virtus tibi vilior auro

contra impudice ſcribētes in tales dicens.i. procul a grauium cetu ſcelerate vi rorum. Fer procul a ſacra religione gradū. Hec leuitas grauibus fit pernitioſa poetis. Namq; leues ſtudio credimur eſſe pari. Id vitium leuitatis. Commune tam grauibus ꝙ̄ alijs. Doctuſq; reſiſtit ob leuitatem illorum bonos ſpernit indoctus ille prepotens qui optimos quoſq; poetas tenuit neſcit diſcernere dignoſcere quodam diſcrimine poſito verum a falſo veros poetas a falſis quod non niſi ex iuſtitia manat. candide ſyluanus ſe nimium ab candido notari deprehendens et Candi. nimium vera dixiſſe cumq; eſſe verum poetam opem promittit idq; ſancte. Per ſuperos deum et ſanctos olympica celeſtia. Me tibi laturum exilium me tibi opitulaturum ⁊ opem daturum ſi venti veniant ad vela ſecundi ſi proſpero contigerit quod opto. vt ſupra quoq; dixit. Meliora in tempora viue. Quia grata ſuperueniet que nō ſperabitur hora. Et vergi. Durate ⁊ voſmet rebus ſeruate ſecundis. Nec recuſa abnue mecum ſperare donec contigerit optentum. Pauliſper pauco tempore. ſi mihi ſic veluti gratias habens illi bene optat Candidus. Sic optas opus ferre. Opto ſpem inijcit maiorem ſyl. Opto tibi opitulari. Fides non ſera que nō ſero quod promi[illegible] exequetur: ſed citius ꝙ̄ fortaſſe ſperas. His dictis abit ſyl. Remanet ſolus Candidus qui auarorum naturam cogitans ⁊ ſyl. mores iquit. O auare Auarꝰ appellatur qui auidus eris eſt vt refert Gel. ex Nigidio. Uade malis auibus rē malam ⁊ infeliciter ⁊ malo auſpicio. Nūꝙ̄ rediturus. Proper. in genere dixit fas eſt homines pariter pereatis auari. Et ſubito facias aurum in aurum vertas. Tractaueris tetigeris. More mide. Hic gordij regis phrigie filius fuit cui puero dormienti formice in os grana tritici congeſſerunt. parentibus deinde quorſum prodigium tenderet explorantibus augures reſponderunt. omnium illum mortalium futurum ditiſſimum: nec predictio vana extitit. nam midas cunctorum pene regū opes abundantia pecunie anteceſſit infantieq; incunabula vtili duorum munere donata onuſtus auro atq; argēto gazis penſauit. Autor Ualerius maxi. de eo fabulati ſunt feruntq; hunc ſylenum amiſſum baccho reddidiſſe pro quo eo beneficio ab libero patre petijſſe vt quicquid corpore contigeret faluum verteretur in aurum quo impetrato in luctus incidit ſiquidem bibere non aut comedere poterat quare attonitus nouitate mali diueſq; miſerq; effugere optat opes. ſed mite deum numē bacchus peccaſſe fatentem reſtituit fatiq; fide data munera ſoluit. Hec Naſo. Quādo virtus tibi vilior auro qn̄ populis facis aurum ꝙ̄ virtutē qd contra fieri debet.

Auarus.

Quantos

Seyan esta carta deoble

juan sunlud

aaaaaa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Andree Laurentini enarrationes in Sextam Eglogam. F. B. Mantuani.

Docet aruorum belle diſcrimē et vrbis.
Sexta affertq boni q̄ ſit ſentētia Amynte.
Ut vrbes damnet et cornix tutetur ꝛ alter.

Docet aruorū. multa ſatyrice hic dicit Bapt. i. vrbanos atq vitam rusticanam nō debere cōtēni docet. aruorū denominatio eſt: a propinqs finitimis reb⁹ trahit orationē quam pōt intelligi res que non ſuo vocabulo ſit appellata diciṫq aruorū. i. ruſticorū. et vrbis. i. vrbanorum ponuntur: eſt cōtinētia pro cōtentis. Affert differētiā ruſticorū ꝛ vrbanorū ab autoritate cōfirmat hic. Hoc igitur tm̄ ruris diſcrimen ꝛ vrbis. Boni. i. docti. Sic ver. Boni qm̄ cōuenim⁹ ambo. Urbes. i. vrbanos. Rep̄hēdit em̄ ad vnguē Bap. vrbanos eorūq vitia q̄ p vrbes regnāt ad oculū oſtēdit. Cornix vbi dr̄. mirabar ſi qd recti dixiſſet Amyn. belle aūt eſt nomē fictū. Quid em̄ garrul⁹ ꝛ locutus ei⁹ ſuo veneno nō inficiat. Alter: ideſt fulica. Uirtus em̄ carmine nomē paſtoris ciuium partes agentis ſubticuit. ꝛ ſic incipit. Iſta tua cornix.



Pingit hyems mugit* boreas a culmine pendet. Cor.
Stiria / depoſitis bobus requieſcit arator.
Ceſſat iners / ſedet ante focum fumoſa neera:
Atq polēta coquit: prius intolerabilis eſtas
Nunc laudatur hyems eſtu laudata modeſto
Diſplicet: optatum damnat preſentia frigus

Pingit hyems. latū Uelut in ſuperioribꝰ ſatis nuectus ē ſatyrice ihac q̄z nō parū hoc agit. Siquidem vrbanorū vitia p cornicē inſectatur cōtra efferēdo ruſticorū vitā. Nomē aūt hoc argenti recte impoſitum ac ſecundum decorum eſt. Nā cornix plus iuſto loquax penā ob linguam meruit vt ferūt fabule. Effertur aūt hic ſub maſculeo genere nec lingue parcit defendit Ciues Fulica. Proloquuntur aūt vt in ceteris anteq̄ ad rem deſcendāt. Prior ergo cornix loquiṫ diciṫq. Ningit hyems quo tp̄e maxime montes niue canēt. Grādinem dicit Pli. cō glaciatio imbre gigni. Et niuem codē humore molli ac coacto. Pruinam aūt ex roꝛe gelido. per hyemē niues cadere nō

* Mugio factitium verbū voce, bouum Liuius li. pri. Inde cū acto boues q̄dam ad deſiderū (vt ſit) relictaruz mugiſſent. A mugit⁹ quoq ſimilitudie vēti et toni/trua aliqn̄ mugire dicuntur la ctā. libr. vj. cur emicēt fulgura to nitrua mugiant.

Educación, Cultura y Deporte

grandines ipſaſq; grandines interdiu ſepius q̃ noctu ⁊ multo celerius re
ſolui q̃ nives. Ningit autem non a nive ſed a ningue derivatum eſt: quo
vſus eſt lucretius albas effundere ningues. Mugit reboat more bovum ⁊
obmurmurat. Boreas ventus qui latine aquilo vocatur de quo ſupra. De
hoc autem Ovid. in .vi. metha. Apta mihi: vis eſt qua triſtia nubila pello.
Ac freta concutio nodoſaq; robora verto. Induroq; nives ⁊ terras grandi — Grando.
ne pulſo. A culmine pẽdet. Stiria hec cuncta periphraſes ſunt hyemis. A — Nix.
culmine pendet. Stiria aqua frigore concreta pendenſq; ac guttatim ſtil — Pruina
lans. pli. Diſtillãtes hiberno gelu ſtirias. A culmine domorum tectis aut
aliarũ rerũ. Depoſitis bobus diſiunctis aut ad bovilia depoſitis. Requie — Boreas.
ſcit arator ceſſat ab opere ruſtico dormit humus velut ſopita nõ enim per
hyemẽ acri frigore ſolicitať. Paſtor tunicatus tunica indutus: eſt autem
penula paſtoria ſine manicis contra imbres ⁊ frigora eſtq; paſtoribus pe
culiaris. Clauſo ovili ſtabulo ne ledant frigora oves. Ceſſat iners nõ oves
ob frigora ad paſcua cõpeſcendo. Sedet ante focum: focũ ubi ignis fit. Se
det diductis cruribus ut ſolẽt femine. Neera nomen mulieris ruſtice ex — Tunica.
vergilio ſumptum fumoſa quia aſſidue ante focũ ſedet. Atq; polenta coq̃t
pultes quibus in fine indulgendum eſſe dicit. polentã pli. in .xviii. ſcribit
ſic fieri ſed varie. Greci profuſum aqua hordeum ſiccant nocte una ac poſt
erodie frangunt deinde molis frangunt. Sunt qui vehemẽtius toſtum rur
ſus exigua aqua aſpergant ſiccentq; priuſq; molant. Alij vero virentibus
decuſſum hordeum recens purgant: madidũq; in pila tundũt atq; in cordi — Neera.
bus ac ſiccatum ſole rurſus tundũt ⁊ purgatum molunt: nã eſt hic unus ex
locis qui reprehenduntť a detractoribus: ſed fulcit auctoritate Ovidij ut
ait Ptholomeus. Poſuit Bap. in neutro genere: ut Ovi. dulce dedit teſta
qđ coxerat ante polenta. Prius intolerabilis nunc laudatur. Mortalium
incõſtantiam arguit qui cum in eſtate ſunt infeſtati vehementi calore vel
lent. hyemem adeſſe: at contra cum cũcta frigore rigent eſtatẽ optãt. prius
ſuo tẽpore intolerabilis ardore ſolis. Nũc tempore hyemis laudať cogenti
vi frigoris. Et cõtra laudata ⁊ optata eſtu tẽpore eſtatis. Moleſto infeſto
ob vehementiſſimum ſolis ardorem diſplicet ſuo tempore qđ penetrabile
frigus adurit. Preſentia hyems vehementiſſime damnat deteſtatur. Fri
gus optat petitum tempore eſtatis calidiſſimo.

Ful. Oẽ bonũ p̃ſens: minꝰ eſt ſperata videtur
Magna velut maius reddit diſtantia lumen
Cor. Delitias habet omne ſuas ⁊ gaudia tp̃s
Aſpice ut impexi irataq; in veſte ligati:
Cede ſuũ pueri exultãt inflatur in utrem
Immiſſis veſica fabis ſonat ⁊ micat acta
Nũc pede/nũc cubito ſtricto nũc obvia pugno
Si cadit attollunt curſu laboratq; recurſu
Brumã abigit: glaciale gelu pila ruſtica vicit.
Nos tamẽ hic meliꝰ tepido ſub ſtramine foci
Trãſigimus tp̃s cũ lac coit igne recoctum
Ful. Paupiẽ declarat hyẽs improvida certe
Turba ſumus iuvenes ſecuri eſtate vagamur

¶ Omne bonũ p̃ſens. Fu
lica quod dicit Cornix fir
mat rõnemq; ferre videť
dicẽs. Preſens qđ re ipſa
q̃s nũc hꝫ minus eſt: eſti
mať: ut ait Auſoniꝰ Bur
degalẽſis. Sp̃ nimꝰ in cõe
oẽs p̃ſẽtia. Et. Q. Cur. Cũ
p̃mas ſpes fortuna deſti
ſtituit futura p̃ſentibꝰ vi
denť eẽ potiora. Claudia
nus tñ ꝯ declamat. oẽ fu
turũ deſpiciť ſuadẽt p̃ſen
tibꝰ fructũ ſperata qui vẽ
tura ſperanť. Videnť ma
gna maiora dicendũ fuit
niſi magis ſubaudias: ve
lut diſtantia longinqui
tas. Redit maiꝰ lumen q̃

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Immemores hyemis noſtrū es tibicinis olī
At redit e Scythia Boreas:nidoſq̃ volucrū
Frondibus oſtēdit nudata cadentibus arbor
